


ΛΥΡΙΚΟΙ.

CARMINVM POETARVM nouem, lyricæ poeseως principum, fragmenta.

ALCÆI, ANACREONTIS,
SAPPHVS, BACCHYLIDIS,
STESICHORI, SIMONIDIS,
IBYCI, ALCMANIS,
PINDARI.

Nonnulla etiam aliorum.

Cum Latina interpretatione, partim soluta oratione, partim carmine.



Apud Hieronymum Commelinum,
Elect. Palat. typographum.
ANNO CIƆ IƆ XCIIX.



ILLVSTRIBVS VIRIS MARCO & IOANNI FVGGERO, HENR. STEPHANVS.

SALVERE fratrum par iubeto nobile
Germanicorum, barbite.
Saluere fratrum par iubeto nobile,
Charum nouem sororibus,
Nouem sorores quod vicissim deperit.
Queis tres sorores hospitæ,
Tribusve qui sunt hospites sororibus,
Et intimi sodalium.
Hi si tulissent Ilio quondam pedem,
Præoccupassent Nireo
Chii poetæ splendidum præconium.
Sed oris eius gratia
Seris merebat si cani nepotibus
A vate vatum principe:
Quanto mereret grandiore spiritu
Vultus sonari dignitas,
Qui cum benignis atque cultis moribus
Conspirat apto fœdere?
Quid quum rotundo ab ore lata profluunt
Orationis flumina?
Quæ si semel quis auro forsan hauserit,
Purgata quæ sit & teres,
Sic detinetur illecebrosis aquis,
Vt ebrius fiat prius,
Sedare possit æstuosi gutturis
Quam peruicaces impetus.

 Quis

Quis in labellis lacteis nascentium
(Sonos ob oris melleos)
Apes, relictis dulcis Hyblæ collibus,
Finxisse non iuret fauos?
Arguta cui non luscinia putabitur,
Cui non auis Caystria
Canoritatis in tenellis oribus
Fudisse prima semina?
Pro lacte quis non dixerit nutricium
Suxisse nectar vbere?
Quos perlubenter filios agnouerit
Suadela, quos Cyllenius
Suo lubenter mentiatur semine
Satos, deus facundiæ.
At floruere (quis neget?) facundia
Seclo priore plurimi.
Sed multilingui non fatebor antea
Lepore sic affabiles
Ad clara solis prodiisse lumina,
Qua surgit, aut qua labitur.
Mirantur omnes Attici Demosthenis
Horrenda linguæ fulmina:
Nec rostra quondam Tullii linguæ minus
Erant tonanti conscia.
Sed ille sermone eloquens vernaculo,
In cæteris infans erat:
Hic præter illum Romulo notum & Remo,
Callebat Atticos sonos.
At hosce fratres audiat si Tullius,
Loqui Latine quum libet,
Credat Latinos, hospites Germaniæ.
Sin Thusca verba funderent,

Petrar-

Petrarcha quæret cur procul penatibus
Cælo fruantur extero.
Hos si Marotus noster audiat sonis
Confabulantes Gallicis,
Fastidietur aula regis protinus,
Et hos magistros præferet
Leporis omnis & salis, quo Gallicus
Præ cæteris sermo nitet.
At quum iocantur mollibus facetiis,
Hispana quas tellus parit,
Hispanus omnis autumat te fratribus,
Castella, patrium solum.
Sed & lepores quos dedit gens Cecropis
Per scripta sparsos plurima,
Hos iuuit annis in tenellis carpere,
Iuuatque nunc in fortibus.
Qui nuper ergo sciscitabar anxius
Quis dignus hoc libellulo
Futurus esset (quo venustas & decor
Refulget antiquæ lyræ)
Nunc erubesco tantulo munusculo
Tantos morarier viros.
Sed fallor, an præposterus subit rubor?
Nam si poetas singulos,
Quorum sonantes audiuntur hîc lyræ,
Orci tenebris excitos,
Illi sodales & lubenter hospites
Constat futuros protinus,
Cur non fauillas ignium rogalium
Hac excipi decet domo?
Valere fratrum par iubeto nobile
Germanicorum, barbite.

 ALCÆI



ALCÆI VITA, EX Greg. Gyral.

Alcæus fratres duos habuit, alterum quidem Cicin, alterum vero Antimenidem, quem Babyloniorum socium, ut scribit Strabo, appellare erat solitus: & certamina magna confecisse dictus, ipsosq; ex maximis periculis liberasse. Est in historiis proditum, Pittacum ab Alcæo multis contumeliis & conuitiis laceratum. Nam (ut est ab Aristotele literarum monumentis relatum) quum Alcæus & frater Antimenides patriæ exercitui duces præessent, ipsis a ciuibus abrogatis, imperium & eius summa est Pittaco tradita. quam rem iniquiore animo tulit Alcæus, remq; ipsam in suorum carminum locis plerisque aperte ostendit. Dionysius historiam ita ipse recenset, Pittacum, inquit, dictatorem (sic enim quem illi æsymnetam, interpretatus est) Mitylenæi creauerunt: ut contra exules eos, qui patria cum Alcæo nobili poeta erant, confligeret: quare non mirum videri debet si cum illo perpetuas inimicitias exercuit nam & illum, ut refert Laertius, interdum σαράποδα & σάραπον, quod latipes esset, & pedes traheret, & χειροπόδην nuncupabat, quod scissuras in pedibus haberet, quæ Græce χειράδες & ῥαγάδες appellantur, Laertio & Phauorino testibus. Γαύρηκα vero, quod frustra intumesceret & superbiret. Item φύσκωνα & γάστρωνα, quod pinguis esset. ζοφοδορπίδαν autem, quod ἄλυχνος, id est, non sine lucerna videret. Porro & ἀγάσυρτον, quod de se male audiret & sordidus esset. Atq; huiuscemodi Alcæus conuitiis & maledictis Pittacum est insequutus Quare quum captiuus in ipsius Pittaci manus venisset, ut est apud Valerium Maximum, illum quidem impune abire permisit: tantum admonuit quid in opprimendo posset. Heraclitus vero illi dixisse ait, veniam longe supplicio meliorem. verbum utiq; sopho, id est sapiente, dignum: & vel hoc ipse dignus ut inter septem sapientes connumeretur Sed enim non Pittacum solum Alcæus est insectatus, sed & Myrsilum, & Megalagyrum, & Cleanthidem, aliosq; nonnullos, qui in patria tyrannidem per impotentiam exercebant. ut tradit Strabo. Commodius ergo, inquit Piso, ô Pice, Quintiliani verba exponemus, quum Alcæum ait tyrannos insectatum esse. Cui ego, Equidem recte Piso doces: sed paulo post tu ipsius Quintiliani verba recensueris. Græci Stasiotica Alcæi quidam

dam opera vocant, quæ vos Latine seditiosa dicere potestis. Meminit & de his Strabo, in quibus scilicet de patriæ seditionibus intestinisq; discordiis a tyrannis oppressa agebat: quo etiam carmine nauigationem suamq; & bella descripsit. quod & Acron testatur & Horatius, quum ita recinit,


Et te sonantem plenius aureo
Alcæe plectro dura nauis,
Dura fugæ mala, dura belli.

Herodotus memoriæ monumentis mandauit, eo tempore quo Mitylenæi cum Atheniensibus pugnarent, victoriaq; penes hostes esset, Alcæum abiectis armis aufugisse: quæ ab hostibus collecta, in templo Palladis suspensa fuere, idq; ex ipsius versibus ad Menalippum facile cognosci. quam tamen historiam vt parum fideliter ab Herodoto expositã Plutarchus retulit in eo qui inscribitur De Herodoti abusione seu malignitate: (si recte sic cacoethia interpretatur.) Historiæ veritatem sequuti sunt, Strabo, Laertius & Suidas. At vero in musicis & in arte modulandorum carminum peritissimum fuisse Alcæum, præter Græcos & Attilius Donatianus apud Latinos scribit. ideoque Horatium in quibusdam ait duriorem videri, quod Alcæum haud recte semper sit imitatus: vt in illo,

Lydia dic, per omnes
Te deos oro, Sybarin cur properes amando Perdere.

Fuere & alii præter hunc Alcæi nomine: inter quos, &c.

DIONYSII HALICARNASSEI sententia de Alcæi carminibus.



Alcæi autem considera ingentem spiritum, & breuitatem & suauitatem cũ vehementia: præterea vero figuratam orationem cum perspicuitate: nisi si qua in parte dialect' ei damnũ aliquod attulerit. Ante oĩa autẽ *considera* politicorum negotiorũ affectus.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ Ἁλικαρνασσέως γνώμη περὶ τῶν τοῦ Ἀλκαίου μελῶν.

Ἀλκαίου δὲ σκόπει τὸ μεγαλοφυὲς καὶ βραχὺ καὶ ἡδὺ μετὰ δεινότητος, ἔτι δὲ καὶ τοὺς σχηματισμοὺς μετὰ σαφηνείας, ὅσον αὐτῆς μὴ τῇ διαλέκτῳ τι κεκάκωται· καὶ πρὸ ἁπάντων τὸ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἦθος.

QVINTIL. LIB. X.

Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur qua tyrannos insectatur: multum etiam moribus confert. In eloquendo quoq; breuis, & magnificus & diligens, plurimumq; Homero similis. sed in lusus & amores descendit, maioribus tamen aptior.



ΑΛΚΑΙΟΥ ΜΕΛΗ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι.

Υει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐν δ' ὀρανῷ μέγας
Χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.
Κάββαλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς
Πῦρ, ἐν κιρνὰς οἶνον ἀφειδέως
Μελιχρὸν, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσῃ
Μαλθακὸν ἀμφὶ γνόφαλλον. *

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Πίνωμεν. τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα.
Καδ δ' ἀνάειρε κυλίχναις μεγάλαις αἰ τὰ ποικίλα. *
οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς λαθικηδέα
Ανθρώποισιν ἔδωκ'. ἔγχει κιρνὰς ἕνα καὶ δύο
Πλείαις. κὰκ κεφαλᾶς δ' ἁ τέρα τὰν ἑτέραν κύλιξ
Ωθείτω, ἕνα πρὸς δύο ὕδατος πρὸς τρεῖς ἀκράτου. *

Παρὰ

ALCÆI CARMINA.

APVD ATHENÆVM.

PLuit Iupiter,& in cęlo magna
Tempeſtas,concreuerunt que aquarum fluxus.
Exturba hyemem, imponens
Ignem, infundensq; vinum non parce, * * *
Suaue. * * *

HORATIVS.

Vides vt alta ſtet niue candidum
Soracte, nec iam ſuſtineant onus
Sylua laborantes, geluque
Flumina conſtiterint acuto.
Diſſolue frigus, ligna ſuper foco
Large reponens: atque benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum dyota.

Apud eundem Athenæum.

Bibamus. cur lucernam expectamus? digitus dies.
* * * * * * *
Vinum enim Semelæ & Iouis filius (quod obliuia dolorum inducit)
Hominibus dedit. Infunde miſcens vnum & duos *
Plenis. & ex capite alter calix alterum
Extrudat, vnam ad aquæ *menſuram* duas addens meraci,

Apud

Apud eundem.

Irriga pulmones vino: astrum enim exoritur.
Tempus autem anni graue, omniaq; sitiunt præ æstu.

Apud eundem.

Nunc oportet inebriari, & aliquem bibere inuitum.

Apud eundem.

Nullam aliam seueris arborem prius vite.

HORATIVS.

Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem.

Apud eundem Athenæum.

Non oportet malis animum dedere.
Nihil enim proficiemus si mœrore nos affecerimus,
O Bacchi sed remedium præstantissimum est,
Vinum afferentes inebriari.

APVD HERACLIdum Ponticum.

Alius enim hinc fluct⁹ voluitur.
Alius inde: nos autem in medio cum naue
Agitamur atra,
Cum magna conflictantes tempestate.
Nam pelagus ipsam mali basin occupat,
Et linteum omne iam euanidũ,
Ac plurimæ laceræ partes in eo:
Laxantque se ancoræ.

SIC HORATIVS,

Et malus celeri saucius Africo
Antennaque gemant? ac sine funibus
Vix durare carinæ

Possint

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.
Ἁ δ' ὥρα χαλεπὰ, πάντα δὲ δίψαισ' ὑπὸ καύματος.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πίνειν.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Οὐ χρὴ κακοῖσι θυμὸν ἐπιτρέπειν.
Προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι,
Ὦ Βακχί. φάρμακον δ' ἄριστον,
Οἶνον ἐνεικαμένοις μεθυσθῆναι.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΗΡΑΚΛΕΙδῃ τῷ Ποντικῷ.

Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
Τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσον ναῒ
Φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ,
Χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ.
μάλα
Πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει,
Λαῖφος δὲ πᾶν ἄδηλον ἤδη,
Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.
Χαλῶσι δ' ἄγκυραι.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Τὸ δὴ αὖτε κῦμα τῶν προτέρων νεομᾶσι ἔχει, * *
Παρέξει δ' ἄμμι πόνον πολλὰν ἄντλην.

ΠΑΡΑ

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΟΒΑΙΩι.

Ἀργαλέον πενία κακὸν, ἄσχετον ἃ μέγαν
Δάμνησι λαὸν, ἀμηχανίᾳ σὺν ἀδελφεᾷ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΧΟΛΙΑ γράψαντι εἰς Πίνδαρον.

Ὡς γὰρ δή ποτε φασὶν Ἀριστόδημον ἐν Σπάρτᾳ λόγον οὐκ ἀπάλαμνον εἰπεῖν, Χρήματ' ἀνὴρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσλὸς, οὐδὲ τίμιος.

ΤΟ ΕΞΗΣ ΣΚΟΛΙΟΝ οἱ μὲν Ἀλκαίου φασὶν εἶναι, οἱ δὲ Σαπφοῦς, οἱ δὲ Πραξίλλης τῆς Σικυωνίας, ὡς φησὶν ὁ Εὐστάθιος.

Ἀδμήτου λόγον ὦ 'ταῖρε μαθὼν, τοὺς ἀγαθοὺς φίλει,
Τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.

Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν τὰ ἑξῆς σκόλια γραψάντων ἀμφισβητεῖται.

Εἴθ' ἐξῆν, ὁποῖός τις ἦν ἕκαστος, τὸ στῆθος διελόντα, ἔπειτα τὸν νοῦν ἰδόντα, κλείσαντα πάλιν, ἄνδρα φίλον νομίζειν ἀδόλῳ φρενί.

Ἄλλο.

Ὁ δὲ καρκίνος ὧδ' ἔφη, χαλᾷ τὸν ὄφιν λαβὼν,
Εὐθέα χρὴ τὸν ἑταῖρον ἔμμεν, καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν.

Ἄλλο.

Possint imperiosius
Æquor? non tibi sunt integra lintea.

APVD STOBÆVM.

Graue paupertas malum, intolerabile: quæ magnum
Domat populum cum perplexitate sorore.

APVD AVTOREM scholiorum in Pindarum.

Vt enim quondam aiunt Aristodemũ apud Spartam dictum non inefficax protulisse. Pecuniæ *sunt* vir: pauper autem nullus est strenuus, neque in pretio.

SCOLIVM SEQVENS alii Alcæi, alii Sapphûs, alii Praxillæ Sicyoniæ aiunt esse, vt tradit Eustathius.

Narrationem de Admeto, ô sodalis, compertam habens, strenuos ama.
Ab ignauorum autem *consortio* abstine: sciens ignauorũ paruam esse beneuolentiam.

Itidem de autoribus sequentium scoliorum dubitatur.

Vtinam liceret, qualis esset quisque, vbi *quis eius* pectus discidisset, deinde mentem conspexisset, clausissetque rursum, virum amicum existimare non doloso animo.

Aliud.

Cancer autẽ ita loquutus est, quum serpentem chelis prehendisset. Necesse est vt sodalis rectum sequatur, & non obliqua voluat animo.

Aliud

Aliud.

Pallas Tritonia regina guberna hanc ciuitatem & ciues sine doloribus & seditionibus mortibusq; immaturis. tuque & pater diuitiarum mater Olympia cibū Cereris coronigeris in Horis, filia Iouis Proserpina salue,& hanc recte administrate ciuitatem.

Aliud.

Apud Delum quondam peperit Latona filium Phœbum auricomum regem Apollinem, ceruorumque iaculatricem venatricem Artemin, quæ mulierum magnum habet principatum.

Aliud.

Ion Pan Arcadiæ inclytæ dominator, saltator Bromie, Io Pan ad mea gaudia cane carmina exultans. Vicimus vt volebamus,& victoriam donarunt dii, afferentes a Pandroso ad charam Mineruam.

Aliud.

In myrti ramo gladium gestabo, vt Harmodius & Aristogitō, quando tyrānum occiderunt, & Athenas æquabili iure vti fecerunt. Charissime Harmodie, nōdum es mortuus, sed in beatorū insulis te aiunt esse, vbi est celeripes Achilles. aiunt etiam esse Tyditen strenuum Diomedem. In myrti ramo gladium gestabo, sicut Harmodius & Aristogiton, quum in sacrificiis *qua fiebant* Mineruæ, virum tyrannum Hipparchum

Ἄλλο.

Παλλὰς τριτογένεια ἄνασσ᾽ ὄρθου τήνδε πόλιν τε καὶ πολίτας ἄτερ ἀλγέων τε καὶ στάσεων, καὶ θανάτων ἀώρων. σύ τε καὶ πατὴρ πλούτου μῆτερ Ὀλυμπία, ἐ*δωδὴν Δήμητρας στεφανηφόροις ἐν ὥ*ραις τε, παῖ Διὸς Φερσεφόνη χαίρετον. εὖ δὲ τήνδ᾽ ἀμφέπετον πόλιν.

Ἄλλο.

Ἐν Δήλῳ ποτ᾽ ἔτικτε παῖδα Λατὼ Φοῖβον χρυσοκόμαν ἄνακτ᾽ Ἀπόλλωνα, ἐλαφηβόλον τ᾽ ἀγροτέραν Ἄρτεμιν, ἃ γυναικῶν μέγ᾽ ἔχει κράτος.

Ἄλλο.

Ἰὼ Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων κλεεννᾶς, ὀρχηστὰ βρόμιε, Ἰὼ Πάν, ἐπ᾽ ἐμαῖς εὐφροσύναις ταῖς ἀοιδαῖς ἄειδε κεχαρημένος. ἐνικήσαμεν ὡς ἐβουλόμεθα, καὶ νίκην ἔδοσαν θεοί, φέροντες παρὰ Πανδρόσου ὡς φίλην Ἀθηνᾶν.

Ἄλλο.

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην, ἰσονόμους τ᾽ Ἀθήνας ἐποιησάτην. φίλταθ᾽ Ἁρμόδι᾽ οὔπω τέθνηκας. νήσοις δ᾽ ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι, ἵνα περ ποδώκης Ἀχιλλεύς, Τυδείδην τε φασὶ τὸν ἐσθλὸν Διομήδεα. Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, ὅτ᾽ Ἀθηναίης ἐν θυσίαις ἄνδρα τύραννον Ἵππαρχον

χον ἐκαινέτην. αἰεὶ σφῷν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν, φίλταθ' Ἁρμόδιε καὶ Ἀριστογείτων, ὅτι τὸν τύραννον κτανέτην, ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

Ἄλλο.

Εἴθε λύρα καλὴ γενοίμην ἐλεφαντίνη,
Καί με καλοὶ παῖδες φοροῖεν Διονύσιον ἐς χορόν.
Εἴθ' ἄπυρον καλὸν γενοίμην μέγα χρυσίον,
Καί με καλὴ γυνὴ φοροίη καθαρὸν θεμένη νόον.

Ἄλλο.

Πόρνη καὶ βαλανεὺς τωὐτὸν ἔχουσ' ἐμπεδέως ἔθος,
Ἐν ταὐτᾷ πυέλῳ τόν τ' ἀγαθὸν τόν τε κακὸν λόει.

Ἄλλο.

Σύν μοι πῖνε, συνήβα, συνέρα, συστεφανηφόρει,

Σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο, σὺν σώφρονι σωφρόνει.

Ἄλλο.

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος ὦ ἑταῖρε ὑποδύεται·
Φράζευ μή σε βάλῃ. τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος.

Ἄλλο.

Ἁ ὗς τὰν βάλανον τὰν μὲν ἔχει, τὰν δ' ἔραται λαβεῖν·

Κἀγὼ

parchum interfecerunt. Semper gloria vestra erit per terram, charissime Harmodie, & Aristogiton, quia tyrannum occidistis, & æquabili iure Athenas vti fecistis.

Aliud.

Vtinã lyra pulchra forem eburnea.
Et me pulchri pueri ferrent ad Dionysiacum chorum.
Vtinam pulchrum essem ingens aurum, ignem non expertum,
Et me pulchra mulier gestaret, puram quæ induisset mentem.

Aliud.

Meretrix & balneator eundem habent perpetuo morem,
In eodem solio & probum & improbum lauat.

Aliud.

Mecum bibe, mecum pubertatem transige, mecum esto amator, mecum corollas gesta.
Quum insaniam, vna mecum insani: quum ero mentis compos, mentis mecum sis compos.

Aliud.

Sub omnem lapidem scorpius ô sodalis subrepit,
Caue ne te feriat. Id enim quod est in tenebris, adiunctum habet omnem dolum.

Aliud.

Sus glandem, aliam quidem habet, aliam autem optat accipere:

Ego

Ego quoque puellam pulchram, aliam quidem habeo, aliam autem cupio accipere.

Κἀγὼ παῖδα καλλὰν τὰν μὲν ἔχω, τὰν δ' ἔραμαι λαβεῖν.

Aliud.

E terra oportet explorare nauigationem,
Si quis possit, & industriam habeat,
At postquam in alto fuerit,
Eo *vento* qui adest currere est necesse.

Ἄλλο.

Ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον,
Εἴτις δύναιτο καὶ παλάμην ἔχοι·
Ἐπεὶ δὲ κἂν πόντῳ γένηται,
Τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη.

APVD ARISTOTELEM Rhetoric. lib. 1.

Alcæus dicit,

Volo tibi quidpiam dicere, sed me prohibet pudor.

Sappho respondet,

Si te cepisset bonarum rerum aut honestarum desiderium, nec lingua tua trepidasset aliquid improbum prolatura, pudor profecto oculos tuos non occupasset, sed loquereris de re iusta.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΡΙΣΤΟΤΕλει ἐν τῷ τῆς ῥητορικῆς α.

Ἀλκαῖος λέγει,

Θέλω τίν τ' εἰπεῖν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς.

Σαπφὼ δὲ ἀποκρίνεται.

Αἰ δ' ἶχες ἐσλῶν ἵμερον ἢ καλῶν, καὶ μή τ' εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν, αἰδώς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα, ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

APVD PLVTARCHVM Sympos. lib 3.

Testatur autem Alcæus, iubens infundere vnguentum capiti multa passo, & cano pectori.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΟΥΤΑΡΧΩι, συμποσιακῶν βιβλ. γ.

Μαρτυρεῖ δὲ Ἀλκαῖος, κελεύων καταχέαι τὸ μύρον κατὰ τᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς, καὶ τῶ πολιῶ στήθεος.

Apud eundem in libro de cupiditate diuitiarum

Pulchrum est enim vna cum voluptatibus simul deficere cupiditates, quas neque virum neque mulierem effugisse dicit Alcæus.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ περὶ φιλοπλουτίας.

Χαίρειν γὰρ ἅμα ταῖς ἡδοναῖς συνεκλιπεῖν τὰς ἐπιθυμίας, ἃς μήτε ἄνδρα φησὶν Ἀλκαῖος διαφυγεῖν, μήτε γυναῖκα.

APVD ΠΑΡΑ

ΠΑΡΑ ΤΩι ΗΦΑΙ-
στίωνι.

Ἦλθες ἐκ περάτων γᾶς ἐλεφαν-
τίναν
Λαβὰν τῶ ξίφεος χρυσοδέταν
ἔχων.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Ἦ ῥ' ἔτι Δινομένει τῷ τυῤῥακίῳ
τἄρμενα λαμπρὰ κέατ' ἐν
μυρσινήῳ.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Κύκνυ δὲ πρόσωπα πρὸς δόμους
ἐλήλυμεν.
Τοιοῦδε φωτὸς πρὸς δόμους ἐλή-
λυθε.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Εμὲ δείλαν, ἐμὲ πασᾶν κακοτά-
των πέδ' ἔχοισαν.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι,
λίσσομαί σε, λίσσομαι.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Νύμφαις ταῖς Διὸς ἐξ αἰγιόχω
φασὶ τετυγμέναις.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Κρονίδα βασιλῆος γένος
Αἴαν τὸν ἄριστον πέδ' Ἀχιλλέα.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Εκ μ' ἐλάσεις ἀλγέων.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδων· σὲ γάρ
μοι

* *

*APVD HEPHÆ-
stionem.*

Venisti ex finibus terræ, ebur-
neum
Manubrium ensis auro reuinctū
habens.



SAPHVS



SAPPHVS VITA, EX LILII Greg. Gyraldi dialogo IX, De poetarum historia.

NVnc iam de Sappho loquamur, quam sic laudat Strabo, vt ei similem nullam fuisse, ne in minima quidem poetices parte, asserat, quod idem Eustathius in Dionysii commentariis affirmat. Fuit hæc Scamandronymi ex Cleide vxore filia, alii, vt Suidas ait, Simonis dixere, alii Eunomini, seu Euemenis, alii Erigyi, seu Eucryti, alii Semi, alii Camonis alii (vt omnium opiniones vobis afferam) Etarchi. Obtinuit tamen vt a pluribus Scamandronymi credatur. quos Herodotus in historiis sequutus est. Fratres vero tres habuit, Larychum, Eurygium, & Charaxum: e quibus Larychum suis versibus celebrauit, atque in primis quum vina in Prytaneo Mitylenæis administrauit: quod & scribit Athenæus. At vero Charaxum valde vituperare erat solita, quod Rhodopen meretricem olim Æsopi Phrygii fabulatoris conseruam inuerecunde adamarit, & ita perdite vt eius causa omne fere patrimonium consumpserit. Huius quidem meretricis pyramida celebrat Herodotus, Plinius, Strabo, & alii plerique. Fratrem ergo Charaxũ Sappho eius meretriculæ causa odio & carminibus est insequuta. Apud Athenæum reprehenditur Herodotus (sed eum Herodoto vos etiam Strabonem intelligatis, quoniam idem & manifestius existimauit) quod scilicet Rhodopis & Dorice eadem fuerit meretrix a Charaxo dilecta: cum duæ fuerint Rhodopis enim Thressa genere fuit, Dorice Naucratitis. Neque enim Rhodopis verua Delphos misit, sed Dorice. idem ab Athenæo epigrammate Posidippi comprobatur. Sed nos hæc mittamus, ipsamque Sapphum referamus, quæ viro nupsit Cercolæ. Sunt qui Cercyllam perperam vocent. si Græcis scriptoribus standum, ex Andro insula is fuit ditissimus, vt Suidas refert: ex quo filiam genuit, cui nomen Cleis. Sed eo mortuo diuersis amoribus est diffamata, adeo vt vulgo tribas vocaretur. promiscue enim impudens pueros & puellas arsit: vnde & mascula ideo a quibusdam appellari creditur ab Horatio Flacco, & Ausonio Gallo, quod marium scilicet vices in opere cum puellis gereret. sint licet (inter quos Porphyrion) qui eam ob studia poetica id nominis sortitam velint: in quibus studiis vt vir versata est. Quasi non &

alia

alia pene innumerabiles fœmina id studium magnifice exercuerint. Alii masculam ea causa dictam arbitrantur quod Leucadium, qui virorum erat, saltum animose aggressa fuerit: ad quod Papinianum illud ex patris epicedio referunt.

--saltus, *inquit*, ingressa viriles
Non formidata temeraria Leucade
Sappho.

Suidas tres Sapphûs discipulas nominat. Anagoram Milesiam, Gongylam Colophoniam, & Eunicam Salaminiam: & tres item ab eadem puellas amatas prodidit, Atthida, Telesillam & Megaram. Verum ego plures comperi: quarum hæc nomina, Pyrino, Mnais, Anactorie, Cydno, Cyrene: & post has Phaon Lesbius adolescens, quem Plinius amatum tradit propter herbæ radicem, quam nostri Centumcapita vocant, quæ alterutrius sexus similitudinem refert. unde si viris contigerit mas, amabiles fiunt: quo pacto, inquit, amatus fertur Phaon Lesbius a Sappho. quem Phaonem, quum in Siciliam nauigasset, lepidissimo carmine Sappho est prosequuta: quod Ouidius poeta in epistola eius nominis imitatus creditur. cuius inquam Phaonis amore impatiens Sappho, se a Leucade in mare præcipitem dedit, quem e Leucade saltum & alios subiisse legimus.

Et aliquanto post,

Quidam alteram Sapphon existimarunt, quæ Phaonem amarit. Sunt & qui plectrum ab ea excogitatum scribant. Menæchmus quidam Sicyonius pectida inuenisse ait. (instrumenti musici id nomen) quam rem pluribus Athenæus exequitur. Sed iam & quæ a Sappho scripta sunt referamus. Condidit in primis Lyricorum libros nouem, Epigrammata, Elegiam, Iambos, Monodias, Epithalamium, & alia quædam. Æolico vero dicendi charactere vsa est, ab ipso quoque carmen Sapphicum deductum est, vt Hephæstion, Terentianus, Attilius & Diomedes obseruant. Quin & ab eadem Æolicum carmen & antispasticum inuectum est, vt Attilius & Terentianus scribunt. Harmoniam præterea myxolydii a Sappho repertam prodit Aristoxenus, quem sequutus est Plutarchus in musica, tametsi quidam in Pythocliden tibicinem referunt, & Lysis in Lamproclem Atheniensem. At vero gratiam tantam in carmine habuisse, &c.

SAPPHVS



SAPPHUS CARMINA.

APVD DIONYSIVM Halicarnasseum in libro De structura orationis.

Canticum ad Venerem.

Eliæ Andreæ interprete.

Sedibus gaudens variis dolisque,
O Iouis proles Cypri sempiterna,
Confici ne me patiaris, oro,
Diua dolore.
Huc ades tandem, precibus vocata
Si meis vnquam celer, affuisti.
Tecta me propter quia sæpe linquis
Aurea patris:
Et venis curru properante vecta:
Te nigris ad me tenues per auras
Passeres alis agiles ferebant
Æthere ab alto.
Hîc iugales vix tibi sunt soluti,
Ore quum tu me, dea sempiterno
Incipis, ridens, animum rogare
Quæ mala tangant.
Cur vocem te, quid mihi tum furenti
Maxime poscam fieri, quis autem

Ser-

ΣΑΠΦΟΥΣ ΜΕΛΗ.

ΠΑΡΑ ΔΙΟΝΥΣΙΩι ΤΩι Ἁλικαρνασσεῖ, ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

Ἆσμα εἰς Ἀφροδίτην.

Ποικιλόθρον' ἀθάνατ' Ἀφροδίτα,
Παῖ Διὸς δολοπλόκε· λίσσομαί σε
Μή μ' ἄσαισι, μηδ' ὀνίαισι δάμνα
Πότνια θυμόν.
Ἀλλὰ τῆδ' ἔλθ' αἴποτε κατ' ἐρώτα,
Τᾶς ἐμᾶς αὔδας ἀΐοις, ἂς πολλάκ'
Ἔκλυες. πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα,
Χρύσεον ἦλθες
Ἅρμ' ὑποζεύξασα· καλοὶ δέ σ' ἆγον
Ὠκέες στρουθοὶ, πτέρυγας μελαίνας
Πυκνὰ δινεῦντες ἀπ' ὠράνω, αἰθέρος διὰ μέσσω.
Αἶψα δ' ἐξίκοντο· τὺ δ' ὦ μάκαιρα
Μειδιάσαισ' ἀθανάτῳ προσώπῳ
Ἤρε' ὅττι δ' ἦν τὸ πέπονθα, χ' ὅττι
Δεῦρο καλοῖμι.
Χ' ὅττι γ' ἐμῷ μάλιστ' ἐθέλω γενέσθαι
Μαινόλᾳ θυμῷ, τίνα δ' αὖτε πειθώ,

Καὶ

Κὠ σαγηνεύσαν φιλότητα. τίς σ' ὦ
Σαπφοῖ ἀδικεῖ;
Καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει·
Αἰ δὲ δῶρα μὴ δέχετο, ἀλλὰ δώσει·
Αἰ δὲ μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλήσει,
Χ' ὅτι κελεύης.
Ἔλθέ μοι καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον
Ἐκ μεριμνᾶν. ὅσσα δέ μοι τελέσσαι
Θυμὸς ἱμείρει, τέλεσον, σὺ δ' αὐτὰ
Σύμμαχος ἔσσο.

ΠΑΡΑ ΔΙΟΝΥΣΙΩι ΤΩι Λογγίνῳ, ἐν τῷ περὶ ὕψους λόγου.

Φαίνεταί μοι κεῖνος ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν' ἀνὴρ, ὅστις ἐναντίον τοι
Ἱζάνει, καὶ πλασίον ἁδὺ φωνούσας ὑπακούει,
Καὶ γελώσας ἱμερόεν· τό μοι τὰν
Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν,
Ὡς ἴδον σε, βρόγχον. ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς
Οὐδὲν ἔτ' ἥκει.
Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγ', ἀν δὲ λεπτὸν
Αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑποδεδρόμακεν,
Ὀμμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι, βομβεῦσιν δ' ἀκοαί μοι.
Κὰδ δ' ἱδρὼς ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
Πᾶσαν αἱρεῖ· χλωροτέρη δὲ ποίας
Ἔμμι. τεθνάναι δ' ὀλίγου δέοισα
Φαίνομαι ἄπνους.

THN

Seruiat captus mihi. Quis lacessit
Te mea Sappho?
Si fugit nunc te, cito persequetur:
Accipit nunquam? dabit vsque dona:
Nō amat te nūc? at amabit & q̄cunque iubebis.
O fauens adsis quoq; nunc, meumque
Libera curis animum molestis.
Adiutrix oro mihi sis in omni
Fortis amore.

APVD DIONYSIVM Longinum, in libro de sublimi genere dicendi.

Catulli interpretatio, postremis quatuor versibus exceptis, qui sunt Henrici Stephani.

ILle mi par esse deo videtur,
Ille, si fas est, superare diuos,
Qui sedēs aduersus identidem te
Spectat & audit.
Dulce ridentem: misero quod omnes
Eripit sensus mihi. nam simul te
Cypria aspexi, nihil est super mi
Quod loquar amens.
Lingua sed torpet, tenues sub artus
Flamma demanat, sonitu suopte
Tinniunt aures, gemina & teguntur
Lumina nocte.
Manat & sudor gelidus, tremorq;
Occupat totam: velut herba pallent
Ora: spirandi neq; compos, orco
Proxima credor.

Apud

Apud eundem in Demetrii vita.

Quum igitur aliis quidem ingredientibus, eodem modo se haberet, at Stratonice vel cum Seleuco vel seorsim ventitante, Sapphica illa ei contingerēt, vocis suppressio, rubor igneus, oculorum significationes, sudores acres, incompositus & turbulentus motus in venarum pulsibus: tandem vero, quum animus magnis viribus expugnaretur, hæsitatio, & stupor & expallescentia: circa hæc, considerantem Erasistr. &c.

Apud eundem in libello De amore.

Reducito nobis in memoriam vbi pulchra Sappho dicat, amica in conspectum prodeunte, vocem hærere, & corpus aduri, & pallorē, languorēq; & vertiginem occulorum occupare ipsam.

Sic interpretando, pro φθέγγεσθαι lego φλέγεσθαι, & πλάνον pro πλανόν.

ΤΗΝ ΕΞΗΣ ΤΗΝ ΠΑΡΑ τῷ Πλουτάρχῳ ῥῆσιν ἐκ τῆς προτεθείσης ᾠδῆς χρὴ διορθώσεως τυγχάνειν. ἔστι δὲ αὐτὴ ἐν τῷ Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ.

Νέῳ δ' ἀνδρὶ γευσαμένῳ προκοπῆς ἀληθοῦς ἐν φιλοσοφίᾳ τὰ Σαπφικὰ ταῦτα παρέπεται. Κατὰ μὲν γλῶσσα ἔαγε, λεπτὸν αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδέδραμε, καὶ ἀθόρυβον δὲ ὄψιν, καὶ πρᾶον ὄμμα. φθεγγομένου δ' ἀκοῦσαι ποθήσειας.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ τοῦ Δημητρίου βίῳ.

Ὡς οὖν τῶν μὲν ἄλλων εἰσιόντων ὁμοίως εἶχε· τῆς δὲ Στρατονίκης καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ τοῦ Σελεύκου φοιτώσης πολλάκις, ἐγίνετο τὰ τῆς Σαπφοῦς ἐκεῖνα περὶ αὐτὸν πάντα, φωνῆς ἐπίσχεσις, ἐρύθημα πυρῶδες, ὄψεων ὑποδείξεις, ἱδρῶτες ὀξεῖς, ἀταξία καὶ θόρυβος ἐν τοῖς σφυγμοῖς. τέλος δὲ, τῆς ψυχῆς κατὰ κράτος ἡττωμένης, ἀπορία καὶ θάμβος καὶ ὠχρίασις, ἐπὶ τούτοις προσλογιζόμενον τὸν Ἐρασίστρατον, καὶ τὰ ἑξῆς.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ ἐρωτικῷ.

Ἀνάμνησον ἡμᾶς ἐν οἷς ἡ καλὴ Σαπφὼ λέγει, τῆς ἐρωμένης ἐπιφανείσης, τήν τε φωνὴν ἴσχεσθαι, καὶ φθέγγεσθαι τὸ σῶμα, καὶ καταλαμβάνειν ὠχρότητα καὶ πλάνον αὐτὴν καὶ ἴλιγγον.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, κατὰ τὸ τέλος τῶν γαμικῶν παραγγελμάτων.

Εἰ γὰρ ἡ Σαπφὼ διὰ τὴν ἐν τοῖς μέλεσι καλλιγραφίαν ἐφρόνει τηλικοῦτον, ὥστε γράψαι πρός τινα πλουσίαν, Κατθανοῖσα δὲ κείσεαι, οὐδέ τις μναμοσύνα σέθεν ἔσεται. οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας· πῶς οὐχί σοι μᾶλλον ἔξεσται μέγα φρονεῖν ἐφ᾽ ἑαυτῇ καὶ λαμπρὸν, ἂν μὴ τῶν ῥόδων ἀλλὰ τῶν καρπῶν μετέχῃς, ὧν αἱ Μοῦσαι φέρουσι καὶ χαρίζονται τοῖς παιδείαν καὶ φιλοσοφίαν θαυμάζουσι;

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΟΒΑΙΩι, ἐν τῷ περὶ ἀφροσύνης λόγῳ.

Κατθανοῖσα δὲ κείσεαι, οὐδέ ποτε μναμοσύνα σέθεν ἔσετ᾽, οὐδέ ποκ᾽ ὕστερον. οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας· ἀλλ᾽ ἀφανὴς κἠν ἀΐδα δόμοις φοιτάσεις· οὐδεὶς δέ σε βλέψει παῖδ᾽ ἀμαυρῶν νεκύων ἐκπεποταμένην.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ δεῖν ἐν τοῖς γάμοις τὰς τῶν συναπτομένων ἡλικίας σκοπεῖν.

Ἀλλ᾽ ἐὼν φίλος ἀμῖν λέχος ἄρνυσο νεώτερον.
Οὐ γὰρ τλάσομαι ἐγὼ ξυνοικεῖν οὖσα γεραιτέρα.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟΝ Πίνδαρον σχολίων

Ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετῆς, οὐκ ἀσινὴς πάροικος.

Γράφεται δὲ καὶ οὕτως, Ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετῆς, οὐκ ἀγαθὸς σύνοικος.

Αὐτόθι.

Apud eundem, in fine connubialium præceptorum.

Si enim Sappho propter elegantiam in scribendis carminibus adeo magnifice de se sentiebat, vt scriberet ad quandam diuitem, Mortua autē iacebis, neq; vlla memoria tui erit: neq; enim particeps es rosarum ex Pieria *prouenientium*: quomodo non magis tibi licebit magnifice de te sentire & splendide, si non rosarum: sed fructuum sis particeps quos Musæ producunt & largiuntur iis qui doctrinam & philosophiam admirationi habent?

APVD STOBÆVM, in tractatu de amentia.

Mortua autem iacebis, neque vnquam postea memoria tui extabit: non enim particeps es rosarum ex Pieria *prouenientium*: sed obscura ad Orci domos ibis: neque te quisquam videbit postquam ad vmbras exiles auolaueris.

Apud eundem in tractatu de considerandа in nuptiis ætate eorū qui matrimonio iunguntur.

Sed si sis amicus nobis, torum accipe iuueniliorem.
Non enim sustinebo tecum consuescere, quum sim senior.

EX SCHOLIIS IN Pindarum.

Diuitiæ absque virtute, non innoxiæ sunt hospitæ.

Ibidem

Ibidem.

Expressit *Pindarus* ad viuum aquilam quæ insideret Iouis sceptro, & demulceretur musicis canticis, somno opprimi, expansis vtrinque alis, & librari ac velut stateræ impositam esse, quod arctum esset sceptrum ne delaberetur propter canticum *cui attenta erat:* sed tuto fixa vestigia haberet. At Sappho contrario sensu de columbis. His relanguit animus, & demittunt alas.

Ibidem.

Aurum autem *est* incorruptibile. *vnde* & Sappho, Quia Ioue prognatum aurum, ipsum neq; tinea neque cossus rodit.*

Ibidem.

Χαρίζεσθαι peculiariter significat Concumbere. Aristophanes in Equitibus, metaphorico sermone vtens, Quum enim multi eam tentauerint, eam paucis *χαρίσασθαι. id est, obsequium concubitus præstitisse.* & Sappho, Parua mihi videris esse, ô puella, & ἄχαρις, id est, *charitum venerearum expers.*

Lego enim ἔμμεναι φαίνεαι κἄχαρις, ex sequente Plutarchi loco & illa verba ἡ μήπω δυν. &c. puto esse non Sapphus, sed Scholiastæ, quibus vocem ἄχαρις explicat.

Plutarchus in libello de Amore.

Charis enim, ô Protogenes a veteribus vocatũ fuit obsequiũ

Αὐτόθι.

Πάνυ διετύπωσεν [ὁ Πίνδαρος] ὅτι δὴ ὁ ἀετὸς ἐπικαθήμενος τῷ τοῦ Διὸς σκήπτρῳ, καὶ καταχηλούμενος ταῖς μουσικαῖς ᾠδαῖς, εἰς ὕπνον καθίζεται, ἀμφοτέρας χαλάσας τὰς πτέρυγας, καὶ ταλαντευόμενος, καὶ ζυγοστατούμενος ὥσπερ, διὰ τὴν τοῦ σκήπτρου στενότητα, ὥστε αὐτὸν μὴ ἐξολισθαίνειν τῇ ᾠδῇ, ἀλλ᾽ ἀσφαλῆ τὴν βάσιν ὑπάρχειν. ἡ δὲ Σαπφὼ ἐπὶ τοὐναντίον ἐπὶ τῶν περιστερῶν, Ταῖσι ψυχρὸς μὲν ἐγένετο θυμὸς, πὰρ δ᾽ ἰεῖσι τὰ πτερά.

Αὐτόθι.

Ὁ δὲ χρυσὸς ἄφθαρτος. καὶ ἡ Σαπφώ, Ὅτι Διὸς παῖς ὁ χρυσός, κεῖνον οὐ σὴς, οὐδὲ κὶς δάπτει, βροτέαν φρένα κράτιστον φρενῶν.

Αὐτόθι.

Χαρίζεσθαι κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγεται Ἀριστοφάνης ἐν ἱππεῦσιν ἐκ μεταφορᾶς. Πολλῶν γὰρ ἤδη πεπειρακότων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι. καὶ Σαπφώ, Μικρά μοι παῖς ἔμμεναι λιθόχαρις· ἡ μήπω δυναμένη διὰ τὴν ἡλικίαν χαρίσασθαι.

Παρὰ δὲ τοῦ Πλουτάρχου γέγραπται ἐν τῷ Ἐρωτικῷ.

Χάρις γὰρ, ὦ Πρωτόγενες, ἡ τῆς θήλεος ὕπειξις τῷ ἄρρενι κέκληται

περὶ τ̃ παλαιῶν· καὶ τὴν ὑπὸ γάμων ἔχουσαν ὥραν ἡ Σαπφὼ παραγγέλουσα φησὶν. Ὅτι σμικρά μοι παῖ ἔμμεναι φαίνεαι κἄχαρις.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΑΠΟΛ-λώνιον τ̃ Ῥόδιον σχολίων.

Ἐρυθήισσα ἢ, ἀντὶ τ̃ πυῤῥά ὑπέρυθρος. ἔστι παρὰ τὸ Σαπφικὸν, Παντοδαπαῖς μεμιγμένα χροιαῖσιν.

ΕΚ ΤΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥ-ριπίδην σχολίων.

Καὶ ἡ Σαπφὼ ἢ οὕτω τὸν ἑσπέριον ἀστέρα εἶπε, τρόπον τινὰ ἐτυμολογοῦσα τὸ ὄνομα, Ἕσπερε πάντα φέρων ὅσα φαινόλης ἐσκέδασ' αὔως.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟΝ Σοφοκλέα σχολίων.

Καὶ Σαπφὼ, Ἦρος ἄγγελος ἱμερόφωνος ἀηδών.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΕΥΣΤΑΘΙΩι.

Ἀστέρες μὲν ἀμφὶ καλὰν σελάναν ἄψ ἀποκρύπτουσι φαεινὸν εἶδος, ὁπόταν πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ γᾶν.

ΠΑΡΑ ΤΟ ΕΡΜΟΓΕΝΕΙ περὶ ἰδεῶν τόμῳ β', ἐν τῷ περὶ γλυκύτητος κεφ.

Καὶ ὅταν τὴν λύραν ἐρωτᾷ ἡ Σαπφὼ καὶ ὅταν αὐτὴ ἀποκρίνηται, οἷον, Ἄγε χέλυ δῖά μοι λέγε, φωνάεσσα δὲ γίνεο

γράφεται δὲ οὕτω παρὰ τῷ Εὐσταθίῳ. Ἄγε

μοι δῖα χέλυ φωνάεσσα γίνοιο.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Ἑρμογένῃ αὐτόθι.

Κάλλος χωρίου [ἐστὶν ἐκφράζειν]

quod fœmina mari præstat. atq; adeo Sappho quandam nōdum viro maturam compellans, ait, Quia parua mihi videris esse, & *ἄχαρις, id est, charitum venerearum expers.*

EX SCHOLIIS IN Apollonium Rhodium.

Ἐρυθήισσα autem pro Rufa, Subrubea. estque e Sapphico, Omnigenis permixta coloribus.

EX SCHOLIIS IN Euripidem.

Sappho quoque sic de Vespero stella dixit, quodammodo etymologiam nominis eius ponens, Vesper omnia ferens, quæcunque disperfit aurora, quæ omnia in lucem profert.

EX SCHOLIIS IN Sophoclem.

Et Sappho, Veris nuncia blandiloqua luscinia.

APVD EVSTATHIVM.

Stellæ quidem circa pulchram lunam retro abscondunt fulgidam faciem, tum maxime quum plena terram illustrat.

APVD HERMOGENEM De Ideis tomo II, in capite De dulcedine orationis.

Et quum lyram interrogat Sappho, & quum illa respondet. vt, Age chely diuina, fias vocalis.

Apud eundem, ibidem.

Pulchritudinem loci *permitti-*

tur

tur describere per ecphrasin, & varias consitiones, fluentorumque diuersas species, & quæcunque talia. hæc enim & oculis oblectationem afferunt, dum cernuntur, & auribus, dum narrantur. vt Sappho, Circum autem aqua frigida susurrum edit per ramos. Item, Dum agitantur folia, somnus prorepit.

APVD DEMETRIVM Phalereum.

Festiuitates autem figurarum *orationis* manifestæ sunt etiam plurimæ apud Sapphum. vt per reduplicationem alicubi noua nupta virginitatem compellans dicit, Virginitas virginitas quo abis me relicta?

Illa autem respondet ei eadem figura.

Non amplius veniam ad te, non amplius veniam.

Ibidem.

Festiuitatem vero quærit aliquando *Sappho* & ex relatione: vt in vespero, Vesper omnia fers: fers vinum, fers capram, fers matri filiam.

Ibidem.

Nascuntur etiam e dictione festiuitates, videlicet per metaphoram, vt de cicada, Sub alis autem funditat argutam cantilenam * quemcunque tandem in *locum* æstuosum aduolans, sonorum reddat.*

Ibidem.

Ex comparatione etiam de excellen-

ζειν] καὶ φυτείας διαφόρους, καὶ ῥευμάτων ποικιλίας, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ καὶ τῇ ὄψει προσβάλλει ἡδονὴν ὁρώμενα, καὶ τῇ ἀκοῇ, ὅτε ἐξαγγέλλοι τις. ὥσπερ ἡ Σαπφώ, Αμφὶ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν κελαδεῖ δὲ ὕσδων μαλίνων.
καὶ, Αἰθυσσομένων δὲ φύλλων κῶμα καταῤῥεῖ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΔΗΜΗΤΡΙΩι τοῦ Φαληρεῖ.

Αἱ δὲ ἀπὸ τῶν σχημάτων χάριτες δῆλαί εἰσι καὶ πλεῖσται παρὰ Σαπφοῖ. οἷον ἐκ τῆς ἀναδιπλώσεώς που νύμφη πρὸς τὴν παρθενίαν φησὶ, Παρθενία παρθενία ποῖ με λιποῖσα οἴχῃ;

Ἡ δὲ ἀποκρίνεται πρὸς αὐτὴν τῷ αὐτῷ σχήματι,

Οὐκέτι ἥξω πρὸς σε, οὐκέτι ἥξω.

Αὐτόθι.

Χαριεντίζεται δέ ποτε [ἡ Σαπφὼ] καὶ ἐξ ἀναφορᾶς· ὡς ἐπὶ τοῦ ἑσπέρου, Ἕσπερε πάντα φέρεις· φέρεις οἶνον, φέρεις αἶγα, φέρεις ματέρι παῖδα.

Αὐτόθι.

Γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ λέξεως χάριτες, ἤγουν ἐκ μεταφορᾶς. ὡς ἐπὶ τοῦ τέττιγος, Πτερύγων δ' ὑποκαταχέει λιγυρὰν ἀοιδάν· ὅ, τι ποτ' ἂν φλόγιον καθέταν ἐπιπταμένον καταυδείη.*

Αὐτόθι.

Ἐκ δὲ παραβολῆς ἐπὶ τοῦ ἐξ-

ἔχοντος ἀνδρὸς ἡ Σαπφώ φησι, Πέῤῥοχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν.

Αὐτόθι

Ἔστι δέ τις ἰδίως χάρις Σαπφικὴ ἐκ μεταβολῆς, ὅταν τι εἰποῦσα μεταβάλληται, καὶ ὥσπερ μετανοήσειεν. οἷον, Ὑψοῦ δὴ τὸ μέλαθρον ἀείρετε τέκτονες ἄνδρες· γαμβρὸς ἔρχεται ἶσος ἄρηϊ, ἀνδρὸς μεγάλω πολλῷ μείζων.

Αὐτόθι.

Καὶ τὰ Σαπφικά, Πολὺ πακτίδος ἀδυμελεστέρα, Χρυσῶ χρυσοτέρα.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΜΑΚΡΟΒΙΩι, Κρονικῶν βιβ. ε, καὶ παρ' Ἀθηναίῳ.

Κοινῇ δ' ἄρα πάντες καρχήσι' ἔχον,
Καὶ ἔλειβον· ἀράσαντο δὲ πάμπαν
Ἐσθλὰ τῷ γαμβρῷ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΡΙΣΤΟτέλει Ῥητορ. β.

φησὶν ὁ Ἀλκαῖος,

Θέλω τί τ' εἰπεῖν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς.

ἀποκρίνεται δὲ ἡ Σαπφώ,

Αἰ δ' ἦχες ἐσθλῶν ἵμερον ἢ καλῶν, καὶ μή τ' εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν, αἰδώς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα, ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΡΙΣΤΕΙΔΗι ἐν τῷ περὶ τοῦ παρεγκφθέγματος λόγῳ.

Οἶμαι δέ σε καὶ Σαπφοῦς ἀκη-

cellente viro Sappho ait, Eminentissimus vt cantor Lesbius inter exteros.

Ibidem.

Est autem peculiariter quædam Sapphica venustas, quum vbi aliquid dixit, id retractat, & veluti sententiam mutat. Vt quũ dicit, In altum ædes tollite structores: gener accedit æqualis Marti, *saltem* viro procero longe procerior.

Ibidem.

Item Sapphica, Multo dulcius modulans quam lyra. Et auro magis aurea.

APVD MACROBIVM, Saturn. lib. 5 & apud Athenæum.

Vna autem omnes carchesia tenebant,
Et libabant: vouerunt autem prorsus
Prospera genero.

APVD ARISTOTELEM Rhetoric. lib. 2.

dicit Alcæus,

Volo tibi aliquid dicere, sed me impedit pudor.

Respondet autem Sappho,

At si te cepisset bonarum rerum aut honestárũ desiderium, nec lingua tua trepidasset aliqd improbum prolatura, pudor pfecto oculos tuos non occupasset, sed loquereris de re iusta.

APVD ARISTIDEM in oratione de incongruo dicto.

Existimo autem te Sapphum etiam

etiam audiuisse, apud quasdam mulieres quæ beatæ sibi videbantur, magnifice se efferentem & dicentem se a Musis reuera felicem factam, & sortem cuiuis expetendam esse consequutam, atque ne mortuam quidem obliuioni datum iri.

APVD POLLVCEM.

Prima autem, vt aiunt, Sappho chlamydem nominauit, quum dixit de Amore, E cęlo aduenientem, purpuream gestantem chlamydem.

APVD AVTOREM Etymologici.

Verum non sum iracundis moribus *prædita*, sed placidam mentem habeo.

Sic autem interpretando lego
ἀλλά τις οὐκ ἔμμι παλίγκοτος ὀργὰν, ἀλλ᾽ ἀβάκην τὰν φρένα ἔχω.

APVD ATHENÆVM.

Sappho quoque ait, Ambrosiæ crater temperatus erat, Mercurius autem sumpto vino diis pocula ministrauit.

Apud eundem.

Sappho etiam eum cuius forma in maxima admiratione erat, & qui pulcher existimabatur, sic compellauit, Stes coram, amice, & oculorum expande gratiam.

* *

APVD

ἀκηκοέναι πρός τινας τῶν εὐδαιμόνων δοκουσῶν εἶναι γυναικῶν μεγαλαυχουμένης, καὶ λεγούσης ὡς αὐτὴν αἱ μοῦσαι τῷ ὄντι ὀλβίαν τε καὶ ζηλωτὴν ἐποίησαν, καὶ ὡς οὐδ᾽ ἀποθανούσης ἔσται λήθη.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΟΛΥΔΕΥΚΕΙ.

Πρώτη δὲ, φασὶ, χλαμύδα ὠνόμασε Σαπφὼ, ἐπὶ τοῦ Ἔρωτος εἰποῦσα, Ἐλθόντ᾽ ἐξ οὐρανοῦ πορφυρέαν ἔχοντα προϊέμενον χλαμύδα.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ τῶν Σαπφοῦς μελῶν ἐστιν εὑρεῖν, ἀμφὶ λάβροις λασίοις εὖ ἐπύκασε.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΓΡΑΨΑΝΤΙ τὸ ἐτυμολογικόν.

Ἀλλά τις οὐκ ἔμμεν παλιγκότων ὀργάνων, ἀλλ᾽ ἀβάκην τὰν φρένα ἔχω.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι,

Καὶ Σαπφὼ δέ φησι, Ἀμβροσίας μὲν κρατὴρ ἐκέκρατο, Ἑρμᾶς δ᾽ ἑλὼν ἔρπιν θεοῖς ᾠνοχόησεν.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ

Καὶ ἡ Σαπφὼ δὲ πρὸς τὸν ὑπερβαλλόντως θαυμαζόμενον τὴν μορφὴν, καὶ καλὸν εἶναι νομιζόμενον, φησὶ, Στᾶθι κἄντα φίλος, καὶ τὰν ἐπ᾽ ὄσσοις ἀμπέτασον χάριν.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Χειρόμακτρα δὲ καγγόνων πορ-*φυρᾶ. καὶ ταῦτα μὲν ἀτιμάσεις ἔπεμψας πυφωκείας δῶρα τίμια.

ΠΑΡΑ

ΠΑΡΑ ΤΩι ΗΦΑΙ-
στίωνι.

Γλυκεῖα μᾶτερ οὔτοι δύναμαι
κρέκην τὸν ἱστὸν,
Πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς, βραδινὰν
δι' ἀφροδίταν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ὄλβιε γαμβρὲ, σοὶ μὲν δὴ γάμος
ὡς ἄραο
Ἐκτετέλεστ', ἔχεις δὲ παρθένον ἂν
ἄραο.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Δεῦτε νῦν ἁβραὶ Χάριτες, καλ-
λίκομοί τε Μοῖσαι.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Πλήρης μὲν ἐφαίνετ' ἁ σελάνα,
Αἱ δ' ὡς περὶ βωμὸν ἐστάθη-
σαν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Προσελεξάμαν ὄναρ Κυπρογε-
νείᾳ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Δέδυκε μὲν ἁ σελάνα,
Καὶ Πλειάδες, μέσαι δὲ
Νύκτες, παρὰ δ' ἔρχεθ' ὥρα.
Ἐγὼ δὲ μόνα καθεύδω.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἔρως δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς
δονεῖ,
Γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον.
Ἀτθὶ σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπή-
χθετο,
Φροντὶς δ' ἦν ἐπὶ δ' Ἀνδρομέ-
δαν ποτέ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν ἄτε πάλαι
πόκα.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Τί με Πανδιονὶς ὠράνα χελιδών.

Παρὰ

*APVD HEPHÆ-
stionem.*

Dulcis mater non possum texere
telam,
Amore victa pueri, per acrem
Venerem.

Apud eundem.

Felix genere, tibi nuptiæ vt o-
ptasti
Confectæ sunt, habesque puel-
lam quam optasti.

Apud eundem.

Adeste nunc pulchræ Charites,
pulchricomæque Musæ.

Apud eundem.

Plena quidem apparebat luna.
Illæ autem postquam circum a-
ram steterunt.

Apud eundem.

Dormiui in somnis vna cum Cy-
pride.

Apud eundem.

Iam pulchra quidem Diana,
Iam Pleiades occiderunt,
Iam nox media est, & hora
Iam præterit: ipsa vero
Ah sola cubo misella.

Apud eundem.

Amor autem me artuum disso-
lutor versat, [lis.
Dulciamara auis inexpugnabi-
Atthis te autem aliquando mei
tædebat,
Et cura in Andromedam *versa*
erat.

Apud eundem.

Amabam quidem ego te quon-
dam.

Apud eundem.

Cur me Pandionis * hirundo.

Apud

Apud eundem.

Habet quidem Andromeda pulchram remunerationem.

Sappho cur omniopulentã Venerem.

Apud eundem.

Huc adeste Musæ aureum relinquentes.

APVD ACHILLEM Tatium lib. 2. De Leucippe & Clitophonte, inuenitur sequens encomium rosæ, ex oda quadam in prosaicam orationem dissolutum Existimatur autem oda illa Sapphûs esse.

Si floribus vellet Iupiter imponere regem, rosa inter flores regnum obtineret. Terræ est ornamentum, plantarum decus, oculus florum, prati rubor, pulchritudo coruscans. Amorem spirat, Veneris est conciliatrix, formosis foliis comata est, nobilibus frondibus luxuriat: calyx Zephyro ridet.

EX QVARTO ANTHOlogia epigrammatum, eiusdem Sapphûs epigrammata duo.

Nassam cum remo posuit Pelagoni Meniscus,

Vitæ

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἔχει μὲν Ἀνδρομέδα καλὰν ἀμοιβάν.

Σαπφοῖ τί τὰν πολύολβον Ἀφροδίταν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Δεῦρο δεῦτε Μοῖσαι χρύσεον λιποῖσαι.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Μελίχροος δ᾽ ἐφ᾽ ἱμερτῷ κέχυται προσώπῳ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυρίννω

Ἀσαροτέρας οὐδ᾽ ἀμά πω ἔρανα σέθεν τυχοῖσαν *

ΠΑΡ᾽ ΑΧΙΛΛΕΙ ΤΩι ΤΑΤΙΩι τῶν περὶ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα βιβ. β, εὑρίσκεται τὸ ἑξῆς ἐγκώμιον τοῦ ῥόδου, ἐξ ᾠδῆς τινὸς εἰς τὴν καταλογάδην λόγον διαλελυμένον νομίζεται δὲ ἐκείνη τῆς Σαπφοῦς εἶναι.

Εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον ἂν τῶν ἀνθέων ἐβασίλευε. γῆς ἐστι κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων, λειμῶνος ἐρύθημα, κάλλος ἀστράπτον. ἔρωτος πνέει, Ἀφροδίτην προξενεῖ, εὐειδέσι φύλλοις κομᾷ, εὐκινήτοις πετάλοις τρυφᾷ. τὸ πέταλον τῷ Ζεφύρῳ γελᾷ.

ΕΚ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ τῆς ἀνθολογίας τῶν ἐπιγραμμάτων, τῆς αὐτῆς Σαπφοῦς ἐπιγράμματα β᾽.

Τῷ γριπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἐπέθηκε Μενίσκος,

Κύρτον

Κύρτον καὶ κώπαν, μνᾶμα κακοζοΐας.

Ἄλλο.

Τιμάδος ἅδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῖσαν
Δέξατο Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος.
Ἆς καὶ ἀποφθιμένας, πᾶσαι νεοθηγέϊ χαλκῷ
Ἄλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.



Vitæ in piscatu mnemosynum miseræ.

Aliud ex interpretatione Angeli Politiani.

Timadis hic puluis, quæ dulces ante hymenæos
Excepta est nigro Persephones thalamo.
Illius heu fato cunctæ de vertice amatam
Æquales ferro subsecuêre comam.

Alia quædam Sapphus, item Alcæi, in extremo inuenies libro.

STESI-





STESICHORI VITA, EX LILII Greg. Gyraldi dialogo IX, cap. De poetarum historia.

Alcmane iunior Stesichorus ab authoribus scribitur, sint licet qui vetustiorem tradant. Mirum est quod Stesichoro infanti accidisse proditum est, Lusciniam scilicet in ipsius infantis ore concinuisse. quod si quidem verum est, eximium proculdubio suauitatis & dulcedinis futuri poetæ prodigium fuit. Clarere vero cœpit a XXXIIX Olympiade ad LVI usq;, qua decessit. qua argumentatione colligimus, illum ad summam senectutem peruenisse. Lucianus quidem in Macrobiis octoginta & quinq; annos vixisse testatur: videtur tamen legendum XCV. Fratres vero duos habuit, Mamertinum geometram, & Helionacta legumlatorem. Filias item nescio quot habuit, quas de morte patris epistola consolatus est tyrannus Phalaris. Fuere vero hæ Stesichori filiæ in modulandis numeris & carminibus pangendis nihilo patre indignæ reputatæ, eo quando tempore nulli in ea facultate, præterquam patri, cedere dicebantur. Dorica quidam Stesichorus lingua usus esse perhibetur, quod scilicet ea in Sicilia frequens esset, ut alibi diximus. Poemata Stesichori sex & viginti libris composita Suidas prodidit. Meminit & Canticorum eius, id est ἀσμάτων) Athenæus, qui & ipsum inter eos qui nimio plus amauerunt, connumerat: a quo & celebratur poema illud in Calycem puellam, quæ ut Aristoxenus musicus scribit, quum Euathlum adolescentem ardentissime deperiret, deæ Veneri preces effudit ut sibi Euathlus maritus contingeret, quod quum puer se facturum abnuisset, puella amoris impatientia, ut Sappho, ex alta se Leucadis rupe præcipitem dedit, eundem finem sortita, quam historiam princeps noster Picus, pater Pice tuus, ad me quodam poemate uno perstrinxit versiculo,

Testis Stesichoro vati cantata Calyce:

diastole scilicet hac dictione usus. Summæ autem probitatis virum Stesichorum fuisse legimus: unde apud Græcos factum prouerbium est in indoctos & inelegantes, Neq; Stesichori tria nosti: quamuis alii ad ipsius carmina referant, quæ epodita fuerunt, in quibus illa tria essent de quibus in huius sermonis exordio egimus, strophe, antistrophe, epodos. Stesichorum præterea Synesius heroicum ferme poetam facit,

facit, quum ait, Stesichorus veluti & Homerus, qui heroicum genus nobilius & illustrius suis versibus reddidêre. Quare, vt puto, apud Dionem Alexander Macedo illum inter eos poetas reponit quos vt a regibus legantur dignos censet. Hermogenes Tarsensis, iuuenis licet, diligentissimus tamen Rhetoricorum scriptor, vbi de Oratoris dulcedine agit, Stesichorũ pluribus verbis extollit, in eaq; plurimum orationis parte excelluisse scribit, ob adiecta epitheta quibus ipse commode vsus est. Est vero imitatus Stesichorus in versibus modulandis nomos & regulas Olympi, quas & illustrauit, vt Plutarchus in musica scriptum reliquit: qui & illum ait harmatio nomo & dactyli specie vsum. Et aliquanto post.

Illud quidem Stesichori monumentum *Catana positum fuisse ante vrbis portam qua ex re Stesichoria dicta est, octangulum, hoc est octogonum, perhibent: a cuius forma, in talorum & tesserarum lusu casus quidam Stesichorius vel Stesichorites appellatus est, vt Pollux & Eustathius prodidere. Alii omnia ei sepulcro ex octonis rebus fuisse volunt: octo scilicet columnis, octo gradibus, & octo quoq; angulis: atq; inde factum prouerbium, Omnia octo, πάντα ὀκτὼ quum rei nihil deesse significamus: etsi illud aliunde alii deductum arbitrantur. Atq; hactenus de Stesichoro.*

FABIVS QVINTILIANVS de Stesichoro.

Stesichorum, quam sit ingenio validus, materiæ quoq; ostendunt, maxima bella & clarissimos canentem duces, & epici carminis onera lyra sustinentem: ac si tenuisset modum, videtur æmulari proximus Homerum potuisse: sed redundat atque effunditur. quod vt est reprehendendum, ita est copiæ vitium.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ γνώμη περὶ τοῦ Στησιχόρου.

Ὅρα δὲ καὶ Στησίχορον ἔν τε τοῖς ἑκατέρου τῶν προειρημένων πλεονεκτήμασι κατορθοῦντα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὧν ἐκεῖνοι λείπονται κατορθοῦντα. λέγω δὲ τῆς μεγαλοπρεπείας τῶν κατὰ τὰς ὑποθέσεις πραγμάτων, ἐν οἷς τὰ ἤθη καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν προσώπων τετήρηκεν.



DIONYSII HALICARNASSEI sententia de Stesichoro.

Considera autem etiam Stesichorum, qui & felix est in iis in quibus vterque eorum quos ante nominaui *videlicet Pindarus & Simonides* eminet: sed ea quoque ad quę illi nõ perueniunt attingit. nimirũ magnificentiam rerũ quę pro argumento *sumuntur*, in quibus & vt morata oratio esset & dignitas personarum seruaretur, operam dedit.

STESI-



STESICHORI CARMINA.

APVD ATHENÆVM.

MVlta quidem cydonia mala proiiciebant ad currum regi, multasque myrteas frondes & roseas coronas, violarumque apices teneros.

Apud eundem.

Abscōdere autem rostrum summum sub terra.

Apud eundem.

Quod autem sol intra vas traiiceret ad occidentem, Stesichorus sic exponit.

Sol vero Hyperionis filius in poculum descendebat aureum,
Vt per Oceanum traiiciens
Perueniret sacrę ad ima vada noctis obscuræ,
Ad matrem, & virginalem vxorem,
Liberosque charos. ipse autem in lucum se contulit lauris opacum
Pedibus filius Iouis.

APVD STOBÆVM, in Consolatoriis.

Lugere mortuos res est carens effectu, & inops consilii.

Apud eundem, Quod memoria fere omnium post mortem cito euanescat.

Quum

ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΥ ΜΕΛΗ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι.

ΠΟλλὰ μὲν κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι, πολλὰ δὲ μύρρινα φύλλα καὶ ῥοδίνους στεφάνους, ἴων τε κορωνίδας οὔλας.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Κρύψαι δὲ ῥύγχος ἄκρον γᾶς ὑπένερθεν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ὅτι δὲ ὁ ἥλιος ἐπὶ ποτηρίου διεκομίζετο ἐπὶ τὴν δύσιν, Στησίχορος μὲν οὕτως φησίν,

Ἅλιος δ' Ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε χρύσεον,
Ὄφρα δι' Ὠκεανοῖο περάσας,
Ἀφίκηθ' ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς,
Ποτὶ ματέρα, κουριδίαν τ' ἄλοχον,
Παῖδάς τε φίλους· ὁ δ' ἐς ἄλσος ἔβα δάφναισι καταίσκιον
Ποσὶ παῖς Διός.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΟΒΑΙΩι, ἐν τοῖς παρηγορικοῖς.

Ἀτελέστατα γὰρ καὶ ἀμήχανα τοὺς θανόντας κλαίειν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ Ὅτι τῶν πλείστων μετὰ θάνατον ἡ μνήμη διαρρεῖ ταχέως.

Θανόν-

Θανόντος ἀνδρὸς πᾶσ' ὄλλυτ' ἀνθρώπων χάρις.

Quum obiit quispiã, omnis hominum beneuolentia perit.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥριπίδην σχολίων.

EX SCHOLIIS IN Euripidem.

Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥέζων ἅπασι θεοῖς, μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου Κύπριδος, κείνα δὲ Τυνδάρεω κούραις χολωσαμένη, διγάμους τε καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσάνορας.

Quoniam Tyndareus sacra faciens cunctis diis, vnius oblitus fuerat placida dona largientis Veneris, illa vtique Tyndarei filiabus infensa, vt illæ duos maritos atque adeo tres haberent, ac *tandem* desertæ a maritis essent, (*vel maritos desererent*) effecit.

Αὐτόθι.

Στησίχορος περὶ τῶν τὴν Ἑλένην καταλεύειν μελλόντων φησὶν, ἅμα τῷ τὴν ὄψιν αὐτῆς ἰδεῖν αὐτοὺς, ἀφεῖναι τοὺς λίθους ἐπὶ τὴν γῆν.

Ibidem.

Stesichorus de iis, qui Helenam lapidibus obruturi erant, dicit, eos, simulatque eius vultum intuiti essent, demisisse lapides in terram.

Αὐτόθι.

Στησίχορος τόξα φησὶ τὸν Ὀρέστην εἰληφέναι παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος.

Ibidem.

Stesichorus Orestem arcus ab Apolline accepisse tradit.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΟΥΤΑΡχῳ ἐν τῷ Περὶ τοῦ εἶ τοῦ ἐν Δελφοῖς.

APVD PLVTARCHVM in fine libri qui inscribitur De εἶ Delphico.

Καὶ πρότερος ἔτι τούτου [τοῦ Εὐριπίδου] ὁ Στησίχορος, Μάλα τοι μάλιστα παιγμοσύνας φιλεῖ μολπάς τε Ἀπόλλων, κήδεα τε στοναχάς τε Ἀΐδας ἔλαχε.

Et prior adhuc hoc *Euripide* Stesichorus. Maxime autem omnium oblectationes & cantus amat Apollo, curas vero & luctus Pluto sortitus est.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων.

Apud eundem in lib. De sera numinis vindicta.

Ὥστε πρὸς τὰ γινόμενα καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποπλάττεσθαι τὸ τῆς Κλυταιμνήστρας ἐνύπνιον τὸν Στησίχορον, οὑτωσί πως λέγοντα τάδε,

Δράκων ἐδόκησεν μολεῖν
Κάρα βεβροτωμένος ἄκρον·
Ἐκ δ' ἄρα τοῦ βασιλεὺς Πλεισθενίδας ἐφάνη.

Adeo vt secundum veritatem & ea quæ vsuuenire solent Stesichorus Clytæmnestræ somnium descripserit, quum ita dicit,

Draco visus est accedere, summum cruentatus caput: ex quo rex Plisthenides apparuit.

APVD STRABONEM.

Age canora musa, cantum incipe,
Hymnos de amabilibus pueris Samiis.
Amabili resonans lyra.

Apud eundem.

Quare sic loquutum esse existimant Stesichorum de armento Geryonis,
Quod e regione illustris Erythiæ progenitum fuerit,
Iuxta argenti radices immensos Tartessi fontes,
In recessuum tenebricosorum petris.

APVD PLATONEM in Phædro.

Habent autem ii qui in fingenda fabula peccant, expiationem veterem, quam Homerus non animaduertit, sed Stesichorus Oculis enim priuatus ob suam in Helenam maledicentiam, non ignorauit causam, vt Homerus, sed, vt a Musis edoctus, cognouit:& hæc carmina statim composuit, Nequaquam verus sermo hic fit, neque profecta es in nauibus bene tabulatis, neque adiisti pergama Troiæ.

APVD ATHENÆVM.

Ait autem Seleucus primum Panyasin pemmatum mentionem fecisse, vbi Ægyptiacam immolationem hominum narrat, multa dicens apposuisse pemmata, multas quoq; aues: quum prior Stesichorus, aut Ibycus in iis quæ *ἄθλων* inscriptionem habent

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΡΑΒΩΝΙ.

Ἄγε Μοῦσα λίγεια, ἄρξον ἀοιδᾶς,
Ἐρατῶν ὕμνους Σαμίων περὶ παίδων
Ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Διόπερ οὕτως εἰπεῖν ὑπολαμβάνουσι Στησίχορον περὶ τοῦ Γηρυόνος βουκόλου,
Διότι γεννηθείη σχεδὸν ἀντιπέρας κλεινᾶς Ἐρυθείας,
Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ παγὰς ἀπείρονας ἀργυρορίζους,
Ἐν κευθμώνων πέτραις.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΑΤΩΝΙ ἐν τῷ Φαίδρῳ.

Ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἤσθετο. Στησίχορος δέ. τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ᾽ ἅτε μουσικὸς ὤν, ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς, Οὐκ ἔστ᾽ ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ᾽ ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ᾽ ἵκεο πέργαμα Τροίας.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι.

Πεμμάτων δὲ πρῶτόν φησι μνημονεῦσαι Πανύασιν Σέλευκος ἐν οἷς περὶ τῆς παρ᾽ Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίας διηγεῖται. πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνις· πρότερον Στησιχόρου ἢ Ἰβύκου ἐν τοῖς ἄθλοις ἐπιγραφομένοις εἰρηκότος,

ρηκότος, Φέρεσθε τῇ παρθένῳ δωρεὰς ἀσαμίδας, Χόνδρον τε καὶ ἐγκρίδας, Ἄλλα τε πέμματα καὶ μέλι χλωρόν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ὁ γὰρ Στησίχορος οὕτως εἴρηκεν ἐν τῷ προκειμένῳ ᾄσματι τοῖν ἄθλοις, Θρώσκων μὲν γὰρ Ἀμφιάρεως, Ἄκοντι δὲ νικᾷς Ἐμμελίαγρος.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Καὶ ἀναγεγράφθαι ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερῷ τὸν Τρωϊκὸν μῦθον, ἐν ᾧ ὁ Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀτρείδαις. ὡς καὶ Στησίχορον φησὶν, Ὤικτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ αἰεὶ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσιν.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΕΥΣΤΑΘΙΩι.

Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λίγεια.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΧΟΛΙΑ γράψαντι εἰς τὸν Ἀπολλώνιον τὸν Ῥόδιον.

Ἀνακρέων μὲν ἐπὶ τάχους ἔταξε τὸ ῥαδινὸν, Ῥαδινοὺς πώλους. Ἴβυκος δὲ ἐπὶ τῶν τὸν οὐρανὸν βασταζόντων κιόνων, ῥαδινοὺς ἀντὶ τοῦ τοὺς εὐμεγέθεις λέγει. Στησίχορος ἐπὶ τοῦ ἀκόντου,

Ῥαδινοὺς δ' ἔπεμπον
ἄκοντας.



bent dixerit, Afferte virgini, & farra & mellitas placentas, aliaq; pemmata & mel viride.

Apud eundem.

Stesichorus enim sic dixit in supradicto cantico ἄθλοις, Saltans enim Amphiaraus, iaculo autem victoriam adeptus est Meleager.

Sic autem interpretando lego νίκασεν Μελέαγρος pro νικᾷς Ἐμμελίαγρος: ut ibidē in loco Simonidis lego νίκασε νέους pro νικᾷς ἐνεούς.

Apud eundem:

Inscriptam etiam Troicam fabulam esse templo Apollinis, in qua Epeus aquam portat Atridis, vt Stesichorus quoque ait, Commiserata enim est eum filia Iouis semper aquam portantem regibus.

APVD EVSTATHIVM.

Huc agedum Calliopea canora.

IBYCI VITA EX LILII Greg. Gyraldi dialogo IX. De poetarum historia.

Sed iam de Anacreonte satis: quem poeta Ibycus sequebatur, Phytii filius, siue (ut alii tradunt) Polyzeli, Messenii historici: alii, Cerdantis Rhegium notissimam Italiæ urbem patriam habuit, ex qua digrediens in Samum insulam migrauit: quo tempore Samiorum rempublicam Polycratis pater administrabat, quinquagesimam circiter Olympiadem, ut apud Græcos scriptores legimus: quo tempore apud Lydos Crœsus regnabat. Leguntur pleraque in Ibycum Græca epigrammata, ex quibus eum facile colligimus procliuiorem in puerorum amores: id quod & Marcus Cicero his verbis innuit, Maxime vero, inquit, omnium flagrasse amore Rheginum Ibycum apparet ex scriptis. Idem & post Ciceronem Athenæus & Suidas.

Et paulo post,

At vero Ibyci mortem Plutarchus & Antipater, nec ab his multum diuerse Suidas retulere. Quum in quadam, aiunt solitudine Ibycus a latronibus deprehensus esset ut ab iis interficeretur, forte fortuna accidit ut inde præteruolarent grues: quas intuens inquit, Quas volantes videtis aues, aliquando fortassis continget meæ necis ultrices fieri, & simul dicto casus occubuit. Post hæc autem latronum unus quum in ciuitate grues conspicatus esset, inquit, Ecce Ibyci ultrices, quod quum quispiam audiuisset, rem detulit. ita quidem Suidas. Ut vero Plutarchus, Latrones, inquit, nihil tale timẽtes in theatro (vel ut alii in foro) quum sederent, ecce super volantes inde grues quum viderent, ridentes per iocum ita inter se susurrabant, ἴδε αἱ Ἰβύκου ἔκδικοι, hoc est, ecce Ibyci ultrices. Quæ verba quum ex circumstantibus quidam excepisset, ad ciuitatis principes detulit: qui latrones de Ibyco percontati, & ab iis minus constanter quum responderetur, inquiri Ibycum præcipiunt: quum nusquam gentium inueniretur, tormentis scelus fateri latrones adegere, atque ita Ibyco pœnas persoluerunt. Historiam perstringit hoc versiculo Ausonius,

Ibycus ut periit, vindex fuit altiuolans grus.

Et aliquanto post,

Fecere hac eadem de re prouerbium, Ibyci grues: vel, vt ab aliis profertur, Ibyci vltrices: in eos qui quibus nocuerunt dant pœnas. Ab Ibyco, Ibycinon instrumentum musicum quo & in militia Gallos vsos esse & Romanos legimus. Appellantur & Ibycaneta, ab Ibyco inuentore. Item Ibyceon ῥησείδιον, id est dictiuncula qua sacris conueniret: qua de re plura Suidas. Laudantur vero a Græcis scriptoribus Ibyci opera septem, lingua Dorica conscripta, illudq; cum primis quod Gorgia inscriptum fuit, in quo Ganymedis & Tithoni raptum elegantissime exequutus fuerat. Atq; hæc quidem mihi de Ibyco in præsentia comperta.



IBYCI CARMINA.

APVD ATHENÆVM

EVryale cæsiarum Gratiarum germen pulchricomarum cura, te certe Venus & blandis oculis Suadela roseis in floribus educarunt.

Apud eundem.

Ait autem Seleucus primum Panyasin pemmatum mentionem fecisse, vbi Ægyptiacam immolationem hominum narrat, mnlta dicẽs apposuisse pemmata, multas quoq; aues: quum prior Stesichorus aut Ibycus in iis quæ ἄθλων inscriptionem habent dixerit, Afferte virgini * & farra & mellitas placentas, aliaq; pemmata & mel viride.

Apud eundem.

Vere quidem cotoneæ mali irrigatæ fluxibus fluuiorum, vbi virginum hortus immortalis, & vites crescẽtes vmbrosis sub germinibus pampineis florent. mihi vero amor nullo quiescens tempore, & fulgure incendens Thra*cios Boreas erumpens a Venere sic*cis furorib. turbidus obstupuit, vio*lentus a puero obsidet nostra præcordia.

Apud eundem.

Ibycus autem tradit ambrosiam

ΙΒΙΚΟΥ ΜΕΛΗ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι.

ΕΥρύαλε γλαυκέων Χαρίτων θάλος καλλικόμων μελέδημα, σὲ μὲν Κύπρις, ἅ τ' ἀγανοβλέφαρος Πειθὼ ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Πεμμάτων δὲ πρῶτον φησὶ μνημονεῦσαι Πανύασιν Σέλευκος ἐν οἷς περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίας διηγεῖται· πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι λέγων πέμματα, πολλὰς δὲ νοσσάδας ὄρνις. πρότερον Στησιχόρου ἢ Ἰβύκου ἐν τοῖς ἄθλοις ἐπιγραφομένοις εἰρηκότος, Φέρεσθε τῇ παρθένῳ δωρεὰς ἀσαμίδας, Χόνδρον τε καὶ ἐγκρίδας, Ἄλλα τε πέμματα, καὶ μέλι χλωρόν. Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἦρι μὲν αἵ τε κυδώνιαι μηλίδες ἀρδόμεναι ῥοᾶν ἐκ ποταμῶν, ἵνα παρθένων κῆπος ἀκήρατος. αἵ τ' οἰνανθίδες αὐξόμεναι σκιεροῖσιν ὑφ' ἕρνεσιν οἰναρέοις θαλέθουσιν. ἐμοὶ δ' ἔρος οὐδεμίαν κατάκοιτος ὥραν τε ὑπὸ στεροπᾶς φλέγων Θρηΐκιους Βο*ρέας ἀΐσσων παρὰ Κύπριδος ἀζαλέαις μανίαις ἐρεμνὸς ἐθάμβησε, κραταιὸς παιδόθεν φυλάσσει ἡμετέρας φρένας. Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἴβυκος δὲ φησὶ τὴν ἀμβρο-

σίαν τοῦ μέλιτος καὶ ἐπίπεισιν ἐννεαπλασίαν ἔχειν γλυκύτητα, τὸ μέλι λέγων ἔννατον εἶναι μέρος τῆς ἀμβροσίας κατὰ τὴν ἡδονήν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ῥαδαμάνθυος τοῦ δικαίου Ἴβυκος ἐραστὴν φησὶ γενέσθαι Τάλων.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΑΤΩΝΙ ἐν τῷ Παρμενίδῃ.

Καί τοι δοκῶ μοι τὸ τοῦ Ἰβυκείου ἵππου πεπονθέναι, ᾧ ἐκεῖνος ἀθλητῇ ὄντι καὶ πρεσβυτέρῳ, ὑφ' ἅρματι μέλλοντι ἀγωνιεῖσθαι καὶ δι' ἐμπειρίαν τρέμοντι τὸ μέλλον, ἑαυτὸν ἀπεικάζων, ἄκων ἔφη καὶ αὐτὸς, οὕτω πρεσβύτης ὢν, εἰς τὸν ἔρωτα ἀναγκάζεσθαι ἰέναι.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ Φαίδρῳ.

Ἐμὲ γὰρ ἔθραξε μέν τι καὶ πάλαι λέγοντα τὸν λόγον, καί πως ἐδυσωπούμην, κατ' Ἴβυκον, μή τι παρὰ θεοῖς ἀμβλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΟΥΤΑΡχῳ, συμποσιακῶν λόγῳ θ'.

Διὸ καὶ πέπονθεν ὁ φοβηθεὶς Ἴβυκος ἐποίησε, Δέδοικα μή τι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΟΥΙΔΑι.

Ἰβύκειον ῥησείδιον. Ἀλλὰ τὸ Ἰβύκου ἔπος αὐτὸν ἐπῄει, μή τι πὰρ θεοὺς ἀμπλακὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω. ἔτι δὲ πρὸς

ſiam melle nouies maiorem dulcedinem habere: dicens mel nonam eſſe partem ambroſię, quod ad voluptatem attinet.

Apud eundem.

Rhadamanthi iuſti Ibycus amatorem ait fuiſſe Talon.

APVD PLATONEM in Parmenide.

Quanquam mihi (meo quidem iudicio) idem accidit quod Ibyci equo, cui ille ſe conferens, athletæ & ſeniori, curule certamen ſubituro, & propter experientiam trepidanti de euentu, dixit ſe quoque inuitum, quum adeo ſenex eſſet, ad amorē compelli.

Apud eundem in Phædro.

Me enim conturbauit aliquid & antea, dum verbum illud proferrem: & quodammodo verebar (ſicut Ibycus) ne in deos cōmiſſo quopiam delicto, honorem ab hominibus per permutationem acciperem.

APVD PLVTARCHVM.

Ideoque illi id contingit quod veritus Ibycus ſcripſit, Metuo ne aliquo in deos commiſſo delicto honorem ab hominibus per permutationem accipiam.

APVD SVIDAM.

Ibyci breue dictum. Sed Ibyci dictum ei in mentem veniebat. Ne in deos commiſſo quopiam delicto honorem ab hominibus per permutationem accipiam. eſt autem

autem cum sacerdotio congruens hoc breue Ibyci dictum.

πρὸς ἱερωσύνην συνᾷδον τὸ Ἰβύκειον τουτὶ ῥησείδιον.

IN SCHOLIIS IN Pindarum.

Ortygia autem, quum prius esset insula, postea terra circa eam aggesta, peninsula facta fuit. vt etiam Ibycus tradit, iuxta solum lapidosum quod manibus hominum ** pisces crudiuori incolebant.

ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ Πίνδαρον σχολίοις.

Ἡ δὲ Ορτυγία, πρότερον μὲν οὖσα νῆσος, εἶτα προσχωσθεῖσα, χερρόνησος γέγονεν, ὡς καὶ Ἴβυκος ἱστορεῖ, Παρὰ χέρσον λίθινον τὸν παλάμαις βροτῶν πρόσθε νιν παῦδα νήριτοι ἰχθύες ὠμοφάγοι νέμοντο.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΟΡΦΥΡΙΩι ἐν τῷ εἰς τὰ Ἁρμονικὰ Πτολεμαίου συγγράμματι.

Ταχέως γὰρ ἄν τις τῶν ἀπειράτων μὲν μουσικῆς καὶ τῶν τοιούτων θεωρημάτων ἄνευ ψηλαφῶμεν ἡμεῖς, ἐν δὲ τοῖς σοφιστικοῖς λόγοις καλινδουμένων; Ἔριδος ποτὲ μάργον ἔχων στόμα (φησί που Ἴβυκος) ἀντία δῆριν ἐν ἴσοις κορύσσοι.



VITA ANACREONTIS EX Lilii Greg. Gyraldi lib. IX, De poetarum hist.

Post Pindarum erat Anacreontis imago: cuius pater Scythinus dictus, a quibusdam Eumelus, ab aliis Parthenius, seu Aristocritus vocatus. Fuit vero Anacreon, autore Strabone, Teius, ex urbe Teo, qua in media Ionia fuisse dicitur: & idcirco ipse lingua Ionica in iis qua scripsit carminibus usus est. Porphyrio in Horatium, Teon, inquit, urbem in Paphlagonia esse Salustius indicat, quum de situ Pontico loquitur. unde est apud Ouidium Teia Musa, & apud Horatium fides Teia. & idem alibi,

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium.

Pusionem enim Bathyllum Anacreon amasse traditur. Leonides Epigrammatum scriptor Bathyllum & Megistea eius pueros nominat: Simonides, & ipse epigrammatographus, Megistea, & Smerdiei Thracium amorem, hoc est (ut quidam interpretantur) obscœnum minusq; pudicum, utpote apud Thraces excogitatum, seu (quod verius videtur, ut etiam Antipater Sidonius innuit suo carmine, & aperte Max. Tyrius ostendit) quod puer ipse Smerdieus tantopere ab Anacreonte amatus, fuerit Thracius: quem Smerdin alio loco vocauit. Eurypylen quoq; puellam amauit. quod idem scribit Antipater. Hinc (ut puto) Cicero. Anacreontis quidem, inquit, tota poesis est amatoria. Idem Ouidius: a quo & illud canitur, quod scilicet vini appetentior fuerit. quod & ipse Anacreon indicat hoc qui legitur versiculo, οἰνοπότης δὲ πεποίημαι: & hoc qui a Demetrio Phalereo adducitur, φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον ὦ παῖ. atq; eo etiamnum carmine iambico, dimetro, catalectico, quo Vulcanum alloquitur ut sibi vasculum fabricet: quod inter Graca epigrammata legitur, & in Noctibus Atticis Gellii, tametsi quidam id pernegent, ut in Automedonte pluribus dicemus. Sed & a Simonide iuniore οἰνοβαρὴς Anacreon (id est vino grauis) vocatur. Antipater etiam Sidonius in tertio Epigrammatum idem pluribus versibus ostendit. Quid igitur mirum si pronior is in utramq; venerem fuerit? vulgato enim apud Gracos carmine, utriusque amoris insatiabilis senex fuit. Hinc &

gramma-

grammatici qui in Pindarum commentaria scripsere, Anacreontem produnt amore percitum, non in deos, sed in pueros hymnos scripsisse: quos & deos suos appellare solitus erat. Dion hos Anacreontis versus ad Cupidinem citat.

O domitor rerum & dux Amor,
Quicum nymphæ cæruleæ.
Et purpurea ludit Venus,
Et genua supplex amplector tua:
Tu propitius teneras exaudi preces,
Faue Cleobulo, suscipe amorem meum.

De hoc vero puero Cleobulo historiam (si non fabulam potius) apud Max Tyrium comperi: Quum ebrius, inquit, ac parum pedibus insistens esset Anacreon, in Panio Ionum foro nutricẽ quampiam Cleobulum infantem deferentem obuiam habuit: illosq; præ temulentia impulit simulque conuicio & contumelia. Tum vero Anacreonti est nutrix facta irata, deumq; rogauit. vt quo maiore puerum conuitio affecerat, eo in posterum maiore laude celebraret. idq; postea euenisse traditur adoleuit enim infans, omniumq; eius ætatis formosissimus euasit: quem Anacreon mox multis versibus celebrauit. Et hæc quidem Maximus de Cleobulo. Pausanias etiam Anacreontis ebrii statuam describit, in quam, vt opinor, adhuc extat Leonidæ poetæ carmen Qua vero ætate vixerit Anacreon, varie a scriptoribus traditur. Eusebius quidem LXI *Olympiade eum commemorat: alii (vt Suidas refert)* LXII: *quo tempore Sami felicem tyrannidem Polycrates exercuit, a quo & Anacreon ipse summopere amatus. ita vt ei frequentissime assisteret, quod Herodotus scribit. Tradunt Græci scriptores (quod & Arsenius in Græcis collectaneis retulit) Anacreontem, quum donatus quinq; talentis ab ipso Polycrate fuisset, duabus noctibus ex cogitatione pene somno caruisse: qua ex re ea restituisse, dicentem* ὐ τιμῶμαι αὐτὰ τῆς φροντίδος. *Strabo quoque Anacreontis poesin Polycratis laudes continere ait. Sunt etiam qui non quidem* XXV *Olympiade (vt perperam apud Suidam scribitur) sed* LXV *vixisse velint, quo scilicet tempore Cyrus, & Cambyses regnarunt: quod Suidas refert. Nec desunt qui huius poetæ ætate scribant Teios relicta vrbe in Abderam Thraciæ demigrasse, quum haud quaquam Persarum contumelias (vel, vt Suidas ait, Hestiæi insolentiam) ferre possent. vnde & illud prouerbii loco vsurpatum, Abdera pulchra Teiorum colonia: cuius mentio est apud Strabonem. Scripsit vero præter hymnos Anacreon elegias, & iambos lingua Ionica: item & mela, quæ anacreontia dicta sunt, quæ suauia & iucunda fuisse innuit Gellius.*

Gellius. meminit Hephaestion & Dion Prusieus. Scripsit & Rhizotomica, quæ in commentariis Nicandri citantur: nisi forte hæc sint alterius Anacreontis. Acron Horatianus interpres super ea Horatii verba,

Nec siquid olim lusit Anacreon,
Deleuit ætas.

Ideo lusit, inquit, quia iocis & conuiuiis digna cantauit. Anacreon autem Satyram scripsit amicus Lysandri. Alii dicunt quod scripsit Circen & Penelopen in vno Vlysse laborantes, vnde in primo libro,

Dices laborantes in vno
Penelopen vitreamque Circen.

Neanthes Cyzicenus barbiton ait Anacreontis poetæ inuentum fuisse, vt trigonon Ibyci: id quod & in cœnis Athenæi ab Vlpiano refertur. Inter longæuos vero connumeratur a Luciano, quod quinque & octoginta annos natus obierit. Plinius & Valerius Maximus acino vuæ passæ Anacreontem suffocatum tradunt: qua de re hoc est nostri Galli carmen,

At te sancte senex acinus sub Tartara misit,
Cygneæ clausit qui tibi vocis iter.
Vos hederæ tumulum, tumulum vos cingite lauri,
Hoc rosa perpetuo vernet odora loco.
At vitis procul hinc procul hinc odiosa facessat,
Quæ causam diræ protulit vna necis.
Creditur ipse minus vitem nunc Bacchus amare,
In vatem tantum quæ fuit ausa nefas.

Plato non semel ipsius meminit, vt in Theage & in Hipparcho: a quo & ei nauem quinquaginta remorum obuiam missam scribit.

PRÆFA-



PRAEFATIO IN ANACREONtem ad Musarum studiosos: ex Graeco Henrici Stephani sermone in Latinum versa.

SApienter profecto, si quicquam aliud diuinus Archilochus hoc dicit, de nulla re esse desperandum, nullamque esse quam fieri non posse, iureiurando sit contendendũ. Ecce enim Teium Anacreontem, qui praeter spem omnium mortalium in lucem prodiit tandem, abruptis adamantinis quibus adstrictus tenebatur compedibus, iugulatisq; custodibus multifariam oculatis, a quibus detinebatur. Existimo autem fore vt, quo magis insperatus fuerit eius aduentus, eo maiori cum beneuolentia & comitate illum excipiant (tanquam e caelo delapsum) quicunque hoc poematum genere delectantur. Atque istud eo dico quod sciam, sicut poetarum multum inter se discrepant ingenia, sic & varia auditorum esse studia. Vt enim vulgo aiunt, *Trahit sua quemque voluptas.* Exemplo sit Pindarus, cuius carminum alii quidem maiestatem & magnificentiam admirantur, alii vero structuram eius, velut asperam quandam & incultam, obscurasque sententias auersantur. Quinam autem sunt illi? Nimirum musarum quidem: at non item laboris amantes. Tales enim aut Sapphûs venustae aut docti Anacreontis carmina lubentius legerint, in quibus gratiae omnes efflorescunt, & quorum scita floridaq; structura canoras dumtaxat laeuesque & molles voces admittit: in quibus denique perspicua sunt vocabula, & eiusmodi quę rotundo pronunciari ore possint, velutique torno quodam affabrefacta. Nimirum illi his aliisque huiusmodi illecebris deliniuntur, animumque ad hos appellere consueuerunt, vtpote qui nullum alium quam voluptatis fructum ex poematis percipere velint. Quemadmodum enim nonnulli sunt cibi quibus alii, quum aegrotant, tanquam medicamentis vtuntur, alii vero, cupediis dediti, etiam quum valent, illis ad voluptatem abutuntur: eodem sane modo ad poetas quoq; alii, tanquam ad praeceptores, se conferunt, alii eorum consortio, tanquã congerronũ dumtaxat, delectantur. Sed enĩ ii qui delectabilia dũtaxat ex illis venantur, quin ei quod postremũ est, primũ praecipuumq; dent locũ, (quod Gręci ἔργον facerę τὸ πάρεργον dicunt) minime dubium est. At vero quicunq; sapiunt, non aliter in multa variorũ scriptorum copia, quam

quam in magno conuiuii apparatu, vtilissimis poematibus, tanquam saluberrimis cibis, primum vtentes, postea iis quæ voluptatẽ afferunt, velut bellariis suam claudunt cœnam. Porro minime cuiquam debet mirum videri quod qui idem sibi nomen vendicant, adeo inter se differre comperiantur. Siquidem & inter pictores & inter statuarios, eandem artem profitentium longe diuersa videre est artificia. Quid enim? nonne quidam eorum apud Rhodios colossum, quem Homerus οὐρανομήκη appellaret (Virgilius autem cælum æquare diceret) fabricatus dicitur: alius autem ex ebore adeo exiguam nauem, vt apis alæ eam vndique contegerent? Quemadmodum autem illum quidem colossum omnibus conspicari facile erat, atque adeo iis qui lippitudine laborarent: at nauem non item omnes, sed illi demum qui acutissima oculorum acie præditi essent, intueri valebant: sic profecto ex poematibus ea quæ grandia sunt & elata, suas virtutes cuilibet conspicuas exhibent: at vero quæ humilia sunt, ac veluti serpunt humi, occultum quendam ornatum habent, cuius sensu non omnes sagacissimi quique solum afficiuntur. Sed de his hactenus. Illud præterea nosse operæpretium est: quum nouem fuerint μελῶν (id est lyricorum carminum) scriptores, Anacreonti maiores quam aliis concessas fuisse a Musis carminum delicias: vnde ab antiquis modo γλυκὺς aut ἡδὺς (id est dulcis seu iucundus) modo χαρίεις (id est festiuus) vocitatur. at vero Plato eum σοφοῦ etiam appellatione dignatus est. Qui & tanto in honore ab Hipparcho scribit habitum hunc poetam, vt missa quinquaginta remorum naue eum in vrbem euocaret. Sæpe autem miratus sum (& alios multos mecum admiratos puto) quod de eo memoriæ proditum est, eum quinque talentis a Polycrare donatum, quum iam per duas noctes de iis sollicitus fuisset, reddidisse, se minime sollicitudine digna ea iudicare dicentem. adeo magnos spiritus gerebat & magnifice de se sentiebat poeta, vt ne pecuniis quidem succumbere vellet. Nec vero mihi quisquam luxum eius criminetur, quæso. Sunt enim, vt ait Heraclides Ponticus, gaudia & deliciæ, ingenuorum: (siquidem relaxant animos & incrementum illis præbent) at labores, seruorum & abiectæ conditionis hominum. Vnde fit vt tales ingenia sua velut in angustum contracta habeant. Quod si cui incredibile videtur, poetam ad tantam prouectum senectutem, amatoria mordicus adhuc retinuisse, quod a Sophocle dicitur consideret, equum generosum, quamuis senex

fit,

sit, in periculis animositate non destitui. Quinetiam ipse Teius canit,

Senex at in choreis,
Senex quidem est capillis,
Iuuenis sed vsque mente est.

Iam vero & Homerus ait,

Gaudeat hac senibus, quorum iam tempora canent,
Robore quos languente, animi non deficit ardor.

Atque hæc fortassis, in mentione festiuissimi & cultissimi omnium poetarum, non præter decorum iocatus fuerim. Vos autem, vbi lyrica ista cum aliqua oblectatione legeritis, nisi omnino ingrati estis, mihi gratiam habebitis, qui per multos labores multaque pericula vobis eam voluptatem procuraui.

HENRICI STEPHANI IN Anacreontis odas, Epigr.

Inuentis glandem qui non fastidit aristis,
Post vuam latices non Acheloe tuos,
A nostro absistat procul ô procul ille poeta:
Non facit ad fatuum barbitus hic stomachum.
At tu quicunque es natus meliore palato,
Nectare & ambrosia qui satur esse cupis:
Qui veneres omnes, omnes gustare lepores,
Graii delicias & cupis eloquii:
Qui vis Sirenas Suadæque audire medullam,
Huc ades, huc aures verte animumque tuum.
Namque his (Cecropio toto si lector Hymetto
Te satiare potes) te satiare potes.

EIVSDEM.

Aut hos versiculos dictauit Apollo poeta,
Phœbea aut contra Teia musa lyra.
Illud in ambiguo est: hoc constat, cantibus istis
Sæpe Pheratiada personuisse domum.
Qui non ergo huius capitur dulcedine versus,
Nil sapit, aut ipso plus sapit ille deo.

EIVSDEM.

Φύσις ᾧ ἔνεστι καλή,
Φύσις ᾧ ἔνεστι κομψή,
Λαβέτω ποίημα καλόν,
Λαβέτω ποίημα κομψόν,
Μέλιτός τε παντὸς ὄζον,
Χαρίτων πνέον τε πασῶν.
Ἄχαρις δὲ ὡς πεφυκὼς,
Καὶ ἀναφρόδιτος ἀνὴρ,
Μεθέτω ποίημα κομψόν,
Μεθέτω ποίημα τερπνόν.
Ἱερὸν γάρ ἐστι Μουσῶν,
Ἱερὸν δὲ κ' ἔστι Φοίβου,
Χαρίτων τε κ' Ἀφροδίτης καὶ
Ἐὰν οὖν ἐμοὶ ἀπειθῶν
Προσάγῃ χέρας βεβήλους,
Διδότω δίκην θεοῖσιν
Ἅμα πᾶσιν ἠδὲ πάσαις,
Ἐμίηνεν ἂν τὰ ἱερά.

ANACRE-



ANACREONTIS TEII carmina.

Eodem versuum genere, partim ab HENRICO STEPHANO, *partim ab* ELIA ANDREA *expressa.*

De lyra.

HENR. STEPH. INTERP.

Cantem libens Atridas,
Cantem libensq; Cadmum:
Sed barbiti mihi vnum
Nerui sonant amorem.
Mutata nuper a me
Chelys fidesque cunctæ:
Iamque Herculis labores
Canebam: at illa contra
Sonabat vsque amores.
Heroes ergo longum
Mihi valete posthac.
Nam barbiti mihi vnum
Nerui sonant amorem.

De mulieribus. *H. ST.*

Tauro, ferire cornu,
Equo, ferire calce,
Lepori, valere cursu,
Natura dat leoni
Dentes hiante rictu:
Pisces docet natare,
Aues docet volare:
Prudentiam viris dat.
At fœminis nequiuit.
Quid ergo donat illis?

Deco-

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ μέλη.

Εἰς λύραν.

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·
Ἁ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.
Ἤμειψα νεῦρα πρώην,
Καὶ τὴν λύρην ἅπασαν·
Κἀγὼ μὲν ᾖδον ἄθλους
Ἡρακλέους, λύρη δὲ
Ἔρωτας ἀντεφώνει.
Χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν
Ἥρωες. ἡ λύρη γὰρ
Μόνους ἔρωτας ᾄδει.

Εἰς γυναῖκας.

Φύσις κέρατα ταύροις,
Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις,
Ποδωκίην λαγωοῖς,
Λέουσι χάσμ' ὀδόντων,
Τοῖς ἰχθύσι τὸ νηκτὸν,
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι,
Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα.
Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν.
Τί οὖν δίδωσι; κάλλος,

Ἀντ'

Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,
Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.
Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον
Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα.

Εἰς Ἔρωτα.

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις,
Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου,
Μερόπων δὲ φῦλα πάντα
Κέαται κόπῳ δαμέντα,
Τότ' Ἔρως ἐπισταθείς μευ
Θυρέων ἔκοπτ' ὀχῆας.
Τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
Κατά μευ σχίσεις ὀνείρους.
Ὁ δ' ἔρως, ἄνοιγε, φησί·
Βρέφος εἰμί, μὴ φόβησαι.
Βρέχομαι δέ, κἀσέληνον
Κατὰ νύκτα πεπλάνημαι.
Ἐλέησα ταῦτ' ἀκούσας·
Ἀνὰ δ' εὐθὺ λύχνον ἅψας,
Ἀνέῳξα. καὶ βρέφος μὲν
Ἐσορῶ, φέροντα τόξον,
Πτέρυγάς τε καὶ φαρέτρην.
Παρὰ δ' ἱστίην καθίσσας,
Παλάμαισι χεῖρας αὐτοῦ
Ἀνέθαλπον, ἐκ δὲ χαίτης
Ἀπέθλιβον ὑγρὸν ὕδωρ.
Ὁ δ', ἐπεὶ κρύος μεθῆκε,
Φέρε, φησί, πειράσωμεν
Τόδε τόξον εἴ τί μοι νῦν
Βλάβεται βραχεῖσα νευρή.
Τανύει δέ, καί με τύπτει
Μέσον ἧπαρ, ὥσπερ οἶστρος.
Ἀνὰ δ' ἅλλεται καχάζων,
Ξένε δ' εἶπε, συγχάρηθι·
Κέρας ἀβλαβὲς μέν ἐστι,
Σὺ δὲ καρδίην πονήσεις.

Εἰς

Decoram habere formam:
Pro parmulisque cunctis,
Pro lanceisque cunctis.
Quin flamma cedat illi
Ferrumque, si qua pulchra est.

De Cupidine. *H. ST.*

Nuper, silente nocte,
Quum iam rotatur Vrsa
Circa manum Bootæ,
Et corpus omne somnos
Fessum labore carpit;
Superuenit foresque
Meas Cupido pulsat.
Quis tundit ostium, inquam,
Turbatque somniantem?
Reclude (clamat ille,)
Fores, metumque pone.
Nam sum puellus, & per
Illunem oberro noctem,
Madens ab imbre totus.
Vt audii hæc, misertus
Accendo lumen atque
Meos recludo postes.
Tunc conspicor puellum,
Sed arcum habentem & alas,
Sed pendulam pharetram.
Foco admouetur a me,
Manibus manus & eius
Foueo vt calescat, imbrem
Et exprimo capillis.
Ille, vt recessit algor,
Probemus, inquit, arcum,
An læsus imbre neruus.
Statimque tendit illum,
Ferit & mihi sagitta
Medium iecur, quasi œstrum.
Tunc exilit cachinnans:
Aitque, gratulare
O hospes ecce, saluus
Meus quidem mihi arcus,
At cor tibi dolebit.

Di

De seipso. H. ST.

Teneris superque myrtis,
Super & virente loto
Recubans, bibam lubenter:
Religatus at papyro
Tunicam Cupido collo,
Mihi poculum ministret.
Rota nam velut curulis
Properat volucris ætas:
Tenuis iacebimusque
Cinis, ossibus solutis.
Tumulum quid est quod vngas,
Vel humo quod ebibenda
Peritura dona fundas?
Potius manente vita,
Roseas meo corollas
Capiti ferasque odores:
Mihi & euoces amicam.
Etenim priusquam ad Orci
Rapiar nigri choreas,
Volo dissipare curas.

De rosa. H. ST.

Rosam amoribus dicatam
Sociemus ad Lyæum:
Foliis rosam decoram
Capiti reuincientes,
Calices iocemur inter.
Rosa, honor, decusque florum:
Rosa, cura amorque veris:
Rosa, cælitum voluptas.
Roseis puer Cytheres
Caput implicat corollis,
Charitum choros frequentans.
Agedum ergo me corona
Pater ô Lyæe, templis
Modulans tuis vt adstem:
Roseis comasque sertis
Redimitus, atque pulchra
Comitante me puella,
Choreas & ipse ducam.

Εἰς ἑαυτόν.

Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις,
Ἐπὶ λωτίναις τε ποίαις
Στορέσας θέλω προπίνειν.
Ὁ δ' Ἔρως χιτῶνα δήσας
Ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ,
Μέθυ μοι διακονείτω.
Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα,
Βίοτος τρέχει κυλισθείς·
Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα,
Κόνις ὀστέων λυθέντων.
Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν,
Τί δὲ γῇ χέειν μάταια;
Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
Μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
Πύκασον· κάλει δ' ἑταίρην.
Πρὶν Ἔρως ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν
Ὑπὸ νερτέρων χορείας,
Σκεδάσαι θέλω μερίμνας.

Εἰς ῥόδον.

Τὸ ῥόδον τὸ τῶν ἐρώτων
Μίξωμεν Διονύσῳ.
Τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον
Κροτάφοισιν ἁρμόσαντες,
Πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες.
Ῥόδον, ὦ φέριστον ἄνθος,
Ῥόδον, ἔαρος μέλημα.
Ῥόδα καὶ θεοῖσι τερπνά.
Ῥόδα παῖς ὁ τῆς Κυθήρης
Στέφεται καλοῖς ἰούλοις,
Χαρίτεσσι συγχορεύων.
Στέψον οὖν με, καὶ λυρίζων
Παρὰ σοῖς Διόνυσε σηκοῖς,
Μετὰ κούρης βαθυκόλπου
Ῥοδίνοισι στεφανίσκοις
Πεπυκασμένος χορεύσω.

Εἰς τὸ αὐτό.

Στεφάνους μὲν κροτάφοισι
Ῥοδίνους συναρμόσαντες
Μεθύομεν ἁβρὰ γελῶντες·
Ὑπὸ βαρβίτῳ δὲ κούρη
Κατὰ κισσοῖσι βρέμοντας
Πλοκάμοις φέρουσα θύρσους
Χλιδανόσφυρος χορεύει.
Ἁβροχαίτας δ' ἅμα κοῦρος
Στομάτων ἁδὺ πνεόντων,
Κατὰ πηκτίδων ἀθύρων,
Προχέει λίγειαν ὀμφάν.
Ὁ δ' Ἔρως ὁ χρυσοχαίτας
Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου
Καὶ τῆς καλῆς Κυθήρης
Τὸν ἐπήρατον γεραιοῖς
Κῶμον μέτεισι χαίρων.

Εἰς Ἔρωτα.

Ὑακινθίνῃ με ῥάβδῳ
Χαλεπῶς Ἔρως βαδίζων
Ἐκέλευσε συντροχάζειν.
Διὰ δ' ὀξέων μ' ἀνύδρων
Ξυλόχων τε καὶ φαράγγων
Τροχάοντα τεῖρεν ὕδρος.
Κραδίη δὲ ῥινὸς ἄχρις
Ἀνέβαινε· κἂν ἀπέσβην·
Ὁ δ' Ἔρως μέτωπα σείων
Ἁπαλοῖς πτεροῖσιν, εἶπεν,
Σὺ γὰρ οὐ δύνῃ φιλῆσαι.

Εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνειρον.

Διὰ νυκτὸς ἐγκαθεύδων
Ἁλιπορφύροις τάπησι,
Γεγανυμένος Λυαίῳ,
Ἐδόκουν ἄκροισι ταρσοῖς
Δρόμον ὠκὺν ἐκτανύειν,
Μετὰ παρθένων ἀθύρων.

Ἐπι-

De eadem. *H. ST.*

Roſeis comas corollis
Redimita turba molles
Sociat iocos Lyæo.
Citharas & ad ſonantes
Teneris puella plantis
Agitat choros, ſtrepentem
Hederis geritque thyrſum.
Tenero at puer capillo
Simul ore ſuaueolenti
Sonat hic modos canoros,
Simul & fides retentat.
Sed & aurea decorus
Veniens coma Cupido,
Comitante cum Lyæo,
Comitante cum Cythere,
Senibus voluptuoſam
Choream lubens frequentat.

De Amore *H. ST.*

Hyacinthino bacillo
Adigebat ad ſequendum
Celeri Cupido curſu.
Salebroſa ſed fluenta,
Fruticeta valliumque
Propere perambulantem
Pupugit latenter hydrus.
Mihi iamque ſubſilibat
Cor ad ima naris vsque:
Animamque reddidiſſem:
Teneris mihi ſed alis
Agitans Cupido frontem
Ait, Ergo amare diſce.

De ſuo ſomnio.
ELIA AND interprete.

Tyrio in tapete noctu
Facili fruens ſopore,
Hilaratus ante Baccho,
Mihi cum puellularum
Grege luſitans videbar
Celeri volare curſu.

Ibi

Ibi vero molliores
Pueri bono Lyæo
Mihi virgines ob illas
Probra rursus ingerebant.
Volui suauiari: at
Subito excitum relinquunt.
Ita vero destitutus
Repeto miser soporem.

De columba. H. ST.

Amabilis columba,
Vnde vnde pergis, aut quo?
Tot vnde nunc odores,
Huc aduolans per auras
Spirasque depluisque?
Eho. quid istud ad te?
Anacreon suum me
Huc misit ad Bathyllum,
Illum Bathyllum, vbique
Qui regnat imperatque.
Me paruulo Cythere
Addixit hymnulo illi.
Sic ergo Anacreon me
Nunc vtitur ministra.
Et en vides vt eius
Istas fero tabellas.
Breuique pollicetur
Me liberam futuram.
Veruntamen manu me
Vt mittat, eius vsque
Manere serua malo.
Nam quid necesse montes
Circumuolare & agros,
Et insidere ramis.
Baccas edentem agrestes?
At nunc mihi potestas
Raptum ex Anacreontis
Manu comesse panem:
Vinum biboque solum
Quod ipsemet propinat.
Sin forte pota salto,

Ἐπιχειρτομένου δὲ παῖδες
Ἁπαλώτεροι Λυαίου,
Δακέθυμά μοι λέγοντες,
Διὰ τὰς καλὰς ἐκείνας.
Ἐθέλοντα δὲ φιλῆσαι
Φύγον ἐξ ὕπνου με πάντες.
Μεμονωμένος δ' ὁ τλήμων
Πάλιν ἤθελον καθεύδειν.

Εἰς περιστεράν.

Ἐρασμίη πέλεια,
Πόθεν πόθεν πέτασαι;
Πόθεν μύρων τοσούτων,
Ἐπ' ἠέρος θέουσα,
Πνέεις τε καὶ ψεκάζεις;
Τίς ἐστι, σοὶ μέλει δέ;
Ἀνακρέων μ' ἔπεμψε
Πρὸς παῖδα πρὸς Βάθυλλον,
Τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων
Κρατοῦντα καὶ τύραννον.
Πέπρακέ με Κυθήρη
Λαβοῦσα μικρὸν ὕμνον·
Ἐγὼ δ' Ἀνακρέοντι
Διακονῶ τοσαῦτα.
Καὶ νῦν οἵας ἐκείνου
Ἐπιστολὰς κομίζω·
Καί φησιν εὐθέως με
Ἐλευθέρην ποιήσειν.
Ἐγὼ δέ, κἢν ἀφῇ με,
Δούλη μενῶ παρ' αὐτῷ.
Τί γάρ με δεῖ πέτασθαι
Ὄρη τε καὶ κατ' ἀγρούς,
Καὶ δένδρεσιν καθίζειν,
Φαγοῦσαν ἄγριόν τι;
Τανῦν ἔδω μὲν ἄρτον
Ἀφαρπάσασα χειρῶν
Ἀνακρέοντος αὐτοῦ·
Πιεῖν δέ μοι δίδωσι
Τὸν οἶνον ὃν προπίνει.
Πιοῦσα δ' αὖ χορεύσω,

Καὶ δεσπότην Ἀνακρέοντα
Πτερύγεσσι συγκαλύψω.
Κοιμωμένη δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ
Τῷ βαρβίτῳ καθεύδω.
Ἔχεις ἅπαντ᾽, ἄπελθε.
Λαλιστέραν μ᾽ ἔθηκας
Ἄνθρωπε καὶ κορώνης.

Εἰς ἔρωτα κήρινον.

Ἔρωτα κήρινόν τις
Νεηνίης ἐπώλει.
Ἐγὼ δέ οἱ παραστὰς,
Πόσου θέλεις, ἔφην, σοὶ
Τὸ τευχθὲν ἐκπρίωμαι;
Ὁ δ᾽ εἶπε δωριάζων,
Λάβ᾽ αὐτὸν ὁπόσου λῇς.
Ὅμως δ᾽ ἂν ἐκμάθῃς πᾶν,
Οὐκ εἰμὶ κηροτέχνης,
Ἀλλ᾽ οὐ θέλω συνοικεῖν
Ἔρωτι παντορέκτῃ.
Δὸς οὖν, δὸς αὐτὸν ἡμῖν
Δραχμῆς καλὸν σύνευνον.
Ἔρως, σὺ δ᾽ εὐθέως με
Πύρωσον· εἰ δὲ μὴ, σὺ
Κατὰ φλογὸς τακήσῃ.

Εἰς ἑαυτόν.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες,
Ἀνακρέων γέρων εἶ.
Λαβὼν ἔσοπτρον ἄθρει
Κόμας μὲν οὐκέτ᾽ οὔσας,
Ψιλὸν δέ σευ μέτωπον.
Ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν,
Εἴτ᾽ εἰσὶν, εἴτ᾽ ἀπῆλθον,
Οὐκ οἶδα· τοῦτο δ᾽ οἶδα,
Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν,
Ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης.

Εἰς

Pennis Anacreonta
Herum meis obumbro:
In eius & reclinans
Me barbito, quiesco.
Hæc summa: iam valeto.
Tu me loquaciorem
Cornice reddidisti.

De amore coreo. E. A.

Dum cereus cuidam
Venundatur Cupido,
Amice dicito, inquam,
Quanti indicas Amorem
Istum mihi, politum
Opus tuum? ille vero,
Quanti velis, habe, inquit.
At rem scias vt ipsam,
Nil cereum ipse fingo,
Sed ferre nolo Amorem
Domi, omnium apperentem.
Da vero, da mihi, inquam,
Drachma. cubabit iste
Mecum puer venustus.
At tu statim, Cupido,
Amabo fac calescam:
Nam si negabis, ipse
Flamma statim liquesces.

De seipso. H. ST.

Dicunt mihi puellæ,
Anacreon senex es.
Speculum cape, intuere
Nullæ vt comæ supersint,
Tibique glabra sit frons.
At, an comæ supersint,
Defluxerint an omnes,
Hoc nescio: sed illud
Certo scio, decere
Senem, hoc magis vacare
Amoribus iocisque,
Quo mors magis propinquat.

Ad

Ad hirundinem. H. ST.

Quibus loquax quibusnam
Te plectam hirundo pœnis?
Vtrumne vis volucres
Alas tibi recidam?
Imam secem ve linguam?
Tibi quod ille Tereus
Fecisse fertur olim?
Nam tu quid ante lucem
Meas strepens ad aures,
E somniis beatis
Mihi rapis Bathyllum?

In seipsum. EL. AN.

Gallus furebat Atys
In montibus Cybellen
Magno sonans boatu:
Nec non aquam bibentes
Apollinis disertam
Ripis Clari, furore
Acti subinde clamant.
Ego simul Lyæi,
Nardi simul fragrantis
Satur, simul puellis,
Libens libens proteruo
Præceps agor furore.

De Cupidine. H. ST.

Libet libet iam amare.
Cupido me monebat
Vt amator esse vellem:
At ego insciens monenti
Parere negligebam.
Mox ergo sumpsit arcum,
Et auream pharetram,
Me prælio lacessens.
Ego vero, vt olim Achilles,
Lorica amictus, atque
Scuto minax & hasta,
Cum Amore præliabar.
Iaciebat ille tela,
Vertebam at ipse terga.

Tan

Εἰς χελιδόνα.

Τί σοι θέλεις ποιήσω,
Τί σοι λάλη χελιδών;
Τὰ πτερά σευ τὰ κοῦφα
Θέλεις λαβὼν ψαλίξω;
Ἢ μᾶλλον ἔνδοθέν σευ
Τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς
Ἐκεῖνος, ἐκθερίξω;
Τί μευ καλῶν ὀνείρων,
Ὑπορθρίαισι φωναῖς,
Ἀφήρπασας Βάθυλλον;

Εἰς ἑαυτόν.

Οἱ μὲν καλὴν Κυβήβην
Τὸν ἡμίθηλυν Ἄττιν
Ἐν οὔρεσιν βοῶντα
Λέγουσιν ἐκμανῆναι·
Οἱ δὲ Κλάρου παρ' ὄχθαις
Δαφνηφόροιο Φοίβου
Λάλον πιόντες ὕδωρ,
Μεμηνότες βοῶσιν.
Ἐγὼ δὲ τοῦ Λυαίου
Καὶ τοῦ μύρου κορεσθεὶς,
Καὶ τῆς ἐμῆς ἑταίρης,
Θέλω θέλω μανῆναι.

Εἰς ἔρωτα.

Θέλω θέλω φιλῆσαι.
Ἔπειθ' Ἔρως φιλεῖν με·
Ἐγὼ δ' ἔχων νόημα
Ἄβουλον, οὐκ ἐπείσθην·
Ὁ δ' εὐθὺ τόξον ἄρας
Καὶ χρυσέην φαρέτρην,
Μάχῃ με προὐκαλεῖτο.
Κἀγὼ λαβὼν ἐπ' ὤμων
Θώρηχ' ὅπως Ἀχιλλεύς,
Καὶ δοῦρα καὶ βοείην,
Ἐμαρνάμην Ἔρωτι.
Ἔβαλλ', ἐγὼ δ' ἔφευγον,
Ὡς δ' οὐκ ἔτ' εἶχ' ὀϊστοὺς

Ἤχαλ.

Ἤχαλεν, εἶθ' ἑαυτὸν
Ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον.
Μέσος δὲ καρδίης μευ
Ἔδυνε, καί μ' ἔλυσε.
Μάτην δ' ἔχω βοείην.
Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω,
Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης;

Tandemque missili omni
Quum destitutus esset,
Ira æstuans iacit se
In me, velut sagittam:
Penetrans & in cor vsque
Medium resoluit artus.
Scutum ergo nil iuuat me:
Nam cur petamur extra,
Quum prælium sit intus?

Εἰς ἑαυτόν.

Οὔ μοι μέλει Γύγαο
Τοῦ Σάρδεων ἄνακτος·
Οὔθ' αἱρέει με χρυσός,
Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.
Ἐμοὶ μέλει μύροισι
Καταβρέχειν ὑπήνην·
Ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
Καταστέφειν κάρηνα.
Τὸ σήμερον μέλει μοι,
Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;

De seipso. H. ST.

Nil curo Sardiani
Regni Gygen potentem.
Auri nec appetens sum,
Nec inuidens tyrannis.
Sed curo delibutam
Vnguento habere barbam:
Sed implicare curo
Meos rosis capillos.
Hodierna curo tantum:
Quis cras futura nouit?

Addat qui volet hos quinque versus, quamuis in vno tātum exemplari Græco repertos.

Ὡς οὖν ἔτ' εὔδι' ἐστί,
Καὶ πῖνε καὶ κύβευε.
Καὶ σπένδε τῷ Λυαίῳ,
Μὴ νοῦσος ἤν τις ἔλθῃ,
Λέγῃ, σε μὴ δεῖ πίνειν.

Age ergo dum fauet sors,
Ludo vaca & Lyæo:
Ne si quis opprimat te
Morbus repente dicat,
Ohe satis bibisti.

Εἰς ἑαυτόν.

Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης,
Ὁ δ' αὖ Φρυγῶν ἀϋτάς,
Ἐγὼ δ' ἐμὰς ἁλώσεις.
Οὐχ ἵππος ὤλεσέν με,
Οὐ πεζός, οὐχὶ νῆες·
Στρατὸς δὲ καινὸς ἄλλος,
Ἀπ' ὀμμάτων βαλών με.

De seipso. H. ST.

Thebana bella cantas,
Troiana cantat alter:
Meas & ipse clades.
Me non eques pedesve,
Non perdidêre naues:
Aliud nouum, sed agmen,
Dominæ insidens ocellis,
Et inde tela mittens.

Εἰς ποτήριον ἀργυροῦν.

Τὸν ἄργυρον τορεύσας,
Ἥφαιστέ μοι ποίησον,

Πανο-

De poculo argenteo. H. ST.

Torno mihi labora
Argentum, & inde finge

Vulcan

Vulcane non quidem arma,
(Nam quid Gradiuus ad me?)
Sed poculum mihi fac
Quantum potes profundum.
Insculpitoque in illo
Non astra, plaustra ve vlla,
Tristem nec Orionem:
(Nam Pleiades quid ad me,
Quid lucidus Bootes?)
Vitem sed & racemos
Insculpe, cumque Baccho
Vuas simul prementes
Cupidinem & Bathyllum.

De eodem. E. AN.

Ars bella delicatum
Scyphum mihi elabora
Argenteum: nouum ver
Effinge, veris hora,
Hora rosas ferente,
Rosas quibus nec vlla
Mihi prior voluptas.
Id vero vbi explicaris,
Affinge potionem,
Dulcissimam sed illam:
Nefarium sacrorum
Ritum aufer exterûm, nec
Sit tristis vlla imago.
Cælato vero nobis
Prolem Iouis Lyæum.
Dulcemque temperato
Mystis Venus liquorem,
Quæ nuptiis amica.
Insculpe Amorem inermem,
Et Gratias iocantes
Vitis sacræ sub vmbra,
Pendentibus racemis
Et pampino frequentis.
His insuper venustos,
Ni Phœbus ipse ludat,
Addas velim iuuencos.

Πανοπλίαν μὲν οὐχί.
(Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;)
Ποτήριον δὲ κοῖλον
Ὅσον δύνῃ βάθυνον.
Ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ
Μήτ' ἄστρα. μήθ' ἁμάξας,
Μὴ στυγνὸν Ὠρίωνα·
(Τί Πλειάδεσσι κἀμοί,
Τί δ' ἄστρασι Βοώτεω;)
Ποίησον ἀμπέλους μοι
Καὶ βότρυας κατ' αὐτό,
Καὶ χρυσέους πατοῦντας,
Ὁμοῦ καλῷ Λυαίῳ,
Ἔρωτα καὶ Βάθυλλον.

Εἰς τὸ αὐτό.

Καλὴ τέχνα τόρευσον
Ἔαρος κύπελλον ἡδύ,
Τὰ πρῶτα τερπνὰ ἡμῖν
Ῥόδα φέρουσαν ὥραν.
Ἀργύρεον δ' ἁπλώσας,
Ποτὸν ποίει μοι τερπνόν.
Τῶν τελετῶν παραινῶ
Μή μοι ξένον τορεύσῃς,
Μὴ φευκτὸν ἱστόρημα.
Μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον
Βάκχον εὔιον ἡμῖν.
Μύστις νάματος ἡ Κύπρις
Ὑμεναίοις κροτοῦσα.
Χάραττ' ἔρωτας ἀνόπλους,
Καὶ Χάριτας γελώσας
Ὑπ' ἄμπελον εὐπέταλον
Εὐβότρυον, κομῶσαν.
Συνάπτε κούρους εὐπρεπεῖς
Ἂν μὴ Φοῖβος ἀθύρῃ.

Εἰς τὸ δεῖν πίνειν.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
Πίνει δὲ δένδρε' αὐτήν,
Πίνει θάλασσα δ' αὔρας,
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
Τὸν δ' ἥλιον σελήνη.
Τί μοι μάχεσθ' ἑταῖροι,
Κ' αὐτῷ θέλοντι πίνειν;

Bibendum eſſe. H. ST.

Fœcunda terra potat,
Hanc arboresque potant.
Et potat æquor auras,
Phœbusque potat æquor,
Ipſumque Luna Phœbum,
Quid ergo vos ſodales
Potare me vetatis?

Εἰς κόρην.

Ἡ Ταντάλου ποτ' ἔστη
Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις.
Καὶ παῖς ποτ' ὄρνις ἔπτη
Πανδίονος χελιδών.
Ἐγὼ δ' ἔσοπτρον εἴην,
Ὅπως ἀεὶ βλέπῃς με.
Ἐγὼ χιτὼν γενοίμην,
Ὅπως ἀεὶ φορῇς με.
Ὕδωρ θέλω γενέσθαι,
Ὅπως σε χρῶτα λούσω.
Μύρον γύναι γενοίμην,
Ὅπως ἐγὼ σ' ἀλείψω.
Καὶ ταινίη δὲ μασθῶν,
Καὶ μάργαρον τραχήλῳ.
Καὶ σάνδαλον γενοίμην,
Μόνον ποσὶν πάτει με.

Ad puellam. H. ST.

Nioben ſtetiſſe dicunt
Saxum ad fluenta Troiæ:
Pandionisque fertur
Hirundo facta quondam
Nouis volaſſe pennis.
Speculum ſed ipſe fiam,
Vt vsque ſpecter a te.
Veſtis, puella, fiam,
Vt vsque geſter a te.
Liquor eſſe purus optem,
Lauem tuos vt artus.
Vnguentum & eſſe molle,
Artus tuos vt vngam.
Aut ſim monile collo,
Strophium aut tuis papillis.
Sim calceus, tua me
Saltem terasque planta.

Εἰς ἑαυτόν.

Δότε μοι, δότ' ὦ γυναῖκες
Βρομίου πιεῖν ἀμυστί.
Ὑπὸ καύματος γὰρ ἤδη
Προδοθεὶς ἀναστενάζω.
Δότε δ' ἀνθέων ἐκείνου·
Στεφάνους δ' οἵους πυκάζω,
Τὰ μέτωπά μου ἐπικαίει.
Τὸ δὲ καῦμα τῶν ἐρώτων
Κραδίη τινὶ σκεπάζω.

In ſeipſum. E. AN.

Date mi, date ô puellæ
Cyathum, vt bibam, Lyæi,
Quia me bibit quoque ipſum
Calor aridus iam, & ægre
Animam trahens anhelo.
Date floſculos Lyæi,
Date ſerta, queis calentem
Amo frigerare frontem.
Penitiſſimos amorum
Aliter tego calores,
Alioque condo corde.

Εἰς Βάθυλλον.

Παρὰ τὴν σκιὴν Βαθύλλου

In Bathyllum. E. AN.

Agedum Bathylli ad vmbram

Statue arborem virentem.
Agitet comasque molles
Teneræ sonentque frondes,
Prope fons fluat perennis
Suadæ, strepente lympha.
Quis eo applicare nolit
Vbi viderit viator?

De auro. H. ST.

Si prorogare vitam
Vis vlla posset auri,
Addictus vsque & vsque
Auro forem aggerendo:
Vt quando mors veniret,
Accepto abiret auro.
Sin comparare vitam
Mortalibus nefas est,
Quid conquerar, quid autem
Lamenta vana fundam?
Si nanque certa morti
Me fata destinarunt,
Quis restat vsus auri?
Mero volo madere
Inter meos sodales:
Dulcem volo puellam
Molli sinu fouere.

De seipso. E. AN.

Mortalis editus sum
Vitæ ad viam terendam:
Quantumque iam peregi
Cursum scio, at latet me
Quantum viæ supersit.
Tu vero abito cura,
Mecum tibi nihil sit:
Lætabor ante metam,
Iocabor, atque pulchro
Saltabo cum Lyæo.

In seipsum. E. AN.

Mihi, bibendo vinum,
Ærumna dormit omnis.
Ad me quid attinet labor?

Quid

Κάθισον· καλὸν τὸ δένδρον.
Ἁπαλὰς σείει δὲ χαίτας
Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ.
Παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει
Πηγὴ ῥέουσα Πειθοῦς.
Τίς ἂν οὖν ὁρῶν παρέλθοι
Καταγώγιον τοιοῦτον;

Εἰς χρυσόν.

Ὁ πλοῦτος εἴγε χρυσοῦ
Τὸ ζῆν παρεῖχε θνητοῖς,
Ἐκαρτέρουν φυλάττων,
Ἵν' ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ,
Λάβῃ τι, καὶ παρέλθῃ.
Εἰ δ' οὐδὲ τὸ πρίασθαι
Τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς,
Τί καὶ μάτην στενάζω,
Τί καὶ γόους προπέμπω;
Θανεῖν γὰρ εἰ πέπρωται,
Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;
Ἐμοὶ γένοιτο πίνειν,
Πιόντι δ' οἶνον ἡδὺν,
Ἐμοῖς φίλοις συνεῖναι,
Ἐν δ' ἁπαλαῖσι κοίταις
Τελεῖν τὴν ἀφροδίτην.

Εἰς ἑαυτόν.

Ἐπειδὴ βροτὸς ἐτέχθην
Βιότου τρίβον ὁδεύειν,
Χρόνον ἔγνων ὃν παρῆλθον,
Ὃν δ' ἔχω δραμεῖν οὐκ οἶδα.
Μέθετέ με φροντίδες,
Μηδέν μοι καὶ ὑμῖν ἔστω.
Πρὶν ἐμὲ φθάσῃ τὸ τέλος,
Παίξω, γελάσω, χορεύσω.
Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου.

Εἰς ἑαυτόν.

Ὅταν πίνω τὸν οἶνον,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι.
Τί μοι πόνων, τί μοι γόων,

Τί

Τί μοι μέλει μεριμνῶν;
Θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω·
Τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
Πίωμεν οὖν τὸν οἶνον
Τὸν τοῦ καλοῦ Λυαίου.
Σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι.

Εἰς ἑαυτόν.

Ὅταν ὁ βάκχος εἰσέλθῃ,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι·
Δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου,
Θέλω καλῶς ἀείδειν·
Κισσοφόρης δὲ κεῖμαι,
Πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ.
Ὅπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω.
Φέρε μοι κύπελλον ὦ παῖ.
Μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
Πολὺ κρεῖσσον ἢ θανόντα.

Εἰς Διόνυσον.

Τοῦ Διὸς ὁ παῖς ὁ Βάκχος
Ὁ λυσίφρων, ὁ λυαῖος,
Ὅταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς
Εἰσέλθῃ μεθυδώτας,
Διδάσκει με χορεύειν.
Ἔχω δὲ καί τι τερπνὸν
Ὁ τᾶς μέθας ἐραστής.
Μετὰ κρότων, μετ' ᾠδῆς,
Τέρπει με κ' Ἀφροδίτα,
Καὶ πάλιν θέλω χορεύειν.

Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἑταίραν.

Ἄγε ζωγράφων ἄριστε.
Γράφε ζωγράφων ἄριστε,
Ῥοδίης κοίρανε τέχνης.
Ἀπεοῦσαν ὡς ἂν εἴπω
Γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην.
Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
Ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας·
Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,

Γράφε

Quid cura, quidve luctus?
Mors me manet, nolim licet.
Vitæ iuuat quid error?
Ergo merum bibamus,
Pulchrr merum Lyæi.
Bibendo namque vinum
Ærumna dormit omnis.

De seipso. *H ST.*

Vt me subit Lyæus,
Tunc cura dormit omnis,
Crœsumque sperno præ me:
Dulcis repente nostro
Erumpit ore cantus.
Hedera comasque cingens,
Proculco mente cuncta.
Ad arma currat alter,
Ad pocula ipse curram.
Puer ocyus scymphum da.
Nam præstat ebrium me
Quam mortuum iacere.

De Baccho. *E. AN.*

Bacchus, puer Tonantis,
Liber pater Lyæus,
Dum pectus it sub imum,
Dulci rigans liquore,
Saltare perdocet me.
Nec vilis ebrioso
Mea est mihi voluptas.
Cum carmine atque plausu
Delectat alma Cypris:
Post illa salto rursus.

De sua amica. *H. ST.*

Agedum perite pictor.
Pinge ô perite pictor
Rhodiæ magister artis:
Absentem vt edocebo,
Depingito mi amicam.
Depinge mollicellos
Primum nigrosque crines:
Si fert & ipsa cera,

Vnguenta

Vnguenta pinge olentes.
Nigroque sub capillo,
Genis abusque primis
Frontem fac illi eburnam.
Supercili nigrantes
Discrimina nec arcus,
Confundito nec illos:
Sed iunge sic vt anceps
Diuortium relinquas,
Quale esse cernis ipsi.
At ignis instar, eius
Sit fulgurans ocellus:
Et glaucus, vt Mineruæ,
Et pætus, vt Cytheres.
Nasum genasque pinge,
Lacti rosas remiscens.
Pithûs sit at labellum,
Quod osculum lacessat.
Intraque molle mentum,
Per colla læuia omnes
Sint Gratiæ volantes.
At vltimum nitente
Illa induatur ostro.
Pateat tamen mihi pars
Cutis pusilla, totum
Qua corpus arguatur.
Quid plura? eam ecce cerno.
Loquêre credo cera.

De Bathyllo. H. ST.

Meos Bathyllum amores,
Vt te docebo pinge
Nitidas comas fac illi,
Intus quidem nigrantes,
At aureas superne.
Dehinc inordinatos
Recolligens capillos,
Permitte lege nulla
Cincinnulos vagari.
Teneram pilusque frontem
Supercili coronet

Mage

Γράφε καὶ μύρου πνεούσας.
Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς
Ὑπὸ πορφύραισι χαίταις
Ἐλεφάντινον μέτωπον.
Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
Διάκοπτε, μήτε μίσγε·
Ἐχέτω δ' ὅπως ἐκείνη,
Τὸ λεληθότως σύνοφρυν
Βλεφάρων ἴτυν κελαινήν.
Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον,
Ἅμα γλαυκὸν ὡς Ἀθήνης,
Ἅμα δ' ὑγρὸν ὡς Κυθήρης.
Γράφε ῥῖνα καὶ παρειὰς,
Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.
Γράφε χεῖλος οἷα Πειθοῦς,
Προκαλούμενον φίλημα,
Τρυφεροῦ δ' ἔσω γενείου
Περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.
Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν
Ὑποπορφύροισι πέπλοις.
Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.
Ἀπέχει. βλέπω γὰρ αὐτήν.
Τάχα κηρὲ καὶ λαλήσεις.

Εἰς Βάθυλλον.

Γράφε μοι Βάθυλλον οὕτω
Τὸν ἑταῖρον ὡς διδάσκω.
Λιπαρὰς κόμας ποίησον,
Τὰ μὲν ἔνδοθεν, μελαίνας,
Τὰ δ' ἐς ἄκρον, ἡλιώσας;
Ἕλικας δ' ἐλευθέρους μοι,
Πλοκάμων ἄτακτα συνθεὶς,
Ἄφες ὡς θέλουσι κεῖσθαι,
Ἁπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες
Στεφέτω μέτωπον ὀφρὺς
Κυανωτέρη δρακόντων.

Μέλαιν

Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω,
Κεκερασμένον γαλήνῃ·
Τὸ μὲν ἐξ Ἄρηος ἕλκον,
Τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης.
Ἵνα τις τὸ μὲν φοβῆται,
Τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρέμαται.
Ῥοδέην δ' ὁποῖα μῆλον
Χνοΐην ποίει παρειήν.
Ἐρύθημα δ' ὡς ἂν αἰδοῦς
Δύνασαι βαλεῖν, ποίησον.
Τὸ δὲ χεῖλος οὐκέτ' οἶδα
Τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις.
Ἁπαλὸν, γέμον τε Πειθοῦς.
Τὸ δὲ πᾶν ὁ κηρὸς αὐτὸς
Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.
Μέγα δὲ πρόσωπον ἔστω.
Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρῆλθον,
Ἐλεφάντινος τράχηλος.
Μεταμάζιον δὲ ποίει
Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμοῦ,
Πολυδεύκεος δὲ μηρούς,
Διονυσίην δὲ νηδύν.
Ἁπαλῶν δ' ὕπερθε μηρῶν,
Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,
Ἀφελῆ ποίησον αἰδῶ,
Παφίην θέλουσαν ἤδη.
Φθονερὴν ἔχεις δὲ τέχνην,
Ὅτι μὴ τὰ νῶτα δεῖξαι
Δύνασαι· τὰ δ' ἦν ἀμείνω.
Τί με δεῖ πόδας διδάσκειν;
Λάβε μισθὸν ὅσον εἴπῃς.
Τὸν Ἀπόλλωνα δὲ τοῦτον
Καθελὼν, ποίει Βάθυλλον.
Ἢν δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθῃς,
Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.

Εἰς Ἔρωτα.

Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα
Δήσασαι στεφάνοισι,
Τῷ Κάλλει παρέδωκαν.

Καὶ

Mage cærulus dracone.
Oculus niger sit & trux,
Mixtus tamen sereno:
A Marte quod sit, illud:
At hoc quod a Cythere.
Vt hinc timore & hinc spe
Suspensa mens vacillet.
Roseum sit vtque pomum
Lanuginosa malá.
Pudibundi & inseratur
Quantum potest ruboris.
Verum haud scio labellis
Quæ detur apta forma.
Sint blanda, plena Suadæ:
Vt mixta sit loquaci
Taciturnitate cera.
Sit latus ipse vultus.
Eburna præteribam
Adonidea colla.
Habeat deinde pectus
Manusque Mercuri ambas:
Femurque quale Pollux,
Ventremque ceu Lyæi.
Femurque molle supra,
Femur quod excit ignes,
Volo simplicem esse pubem,
Iam cogitantem amores.
Sed ars tua est maligna,
Dare quæ vetat videnda
Potiora terga multo.
Quid opus pedes vt addam?
Pretii quod exiges fer.
Sed Apollinem mihi istum
Refingito in Bathyllum.
Sin veneris Samum olim,
Fac Apollinem ex Bathyllo.

De Amore. E. *AN.*

Musæ florea vincla
Capto nuper Amori
Iniecere coronas,

Vinctum

Vinctum dantque Decori.
Nunc autem Cytherea
Quærens munera præfert
Queis absoluat Amorem.
Sed quamuis redimatur,
Hærebit tamen illic,
Iam seruire suetus.

De seipso. H ST.

Sine haustibus Lyæum
Sine hauriam profundis.
Furere hunc volo furorem.
Furebat olim Orestes,
Furebat Alcmæonque,
Vterque matricida.
At nemine ipse cæso,
Leni mero sed hausto,
Furere hunc volo furorem.
Olim Hercules furebat,
Quassans & Iphiteum
Arcum, & trucem pharetram.
Olim furebat Aiax,
Ensem Hectoris coruscans,
Septemplicemque parmam.
At poculum ipse gestans
Et has comis corollas,
Non spiculum nec ensem,
Furere hunc volo furorem.

In suos amores. E. AN.

Tu si referre quicquid
In omnibus viretis
Vbique frondis extat,
Aut persequi recensens
Maris vales arenas,
Solus velim meorum
Logista sis amorum.
Primum quidem ex Athenis
Viginti habes amores:
His quindecim sed adde.
Deinde pone amorum
Agmen Corinthiorum.

Achaiæ

Καὶ νῦν ἡ Κυθέρεια
Ζητεῖ, φέρουσα λύτρα,
Λύσασθαι τὸν Ἔρωτα.
Κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν,
Οὐκ ἔξεισι. μενεῖ δέ.
Δουλεύειν δεδίδακται.

Εἰς ἑαυτόν.

Ἄφες με τοὺς θεούς σοι
Πιεῖν πιεῖν ἀμυστί.
Θέλω θέλω μανῆναι.
Ἐμαίνετ' Ἀλκμαίων τε,
Χ' ὁ λευκόπους Ὀρέστης,
Τὰς μητέρας κτανόντες.
Ἐγὼ δὲ μηδένα κτανὼν,
Πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον,
Θέλω θέλω μανῆναι.
Ἐμαίνεθ' Ἡρακλῆς πρὶν
Δεινὴν κλονῶν φαρέτρην,
Καὶ τόξον Ἰφίτειον.
Ἐμαίνετο πρὶν Αἴας,
Μετ' ἀσπίδος κραδαίνων
Τὴν Ἕκτορος μάχαιραν.
Ἐγὼ δ' ἔχων κύπελλον
Καὶ στέμμα τοῦτο χαίταις,
Οὐ τόξον, οὐ μάχαιραν,
Θέλω θέλω μανῆναι.

Εἰς τοὺς ἑαυτοῦ ἔρωτας.

Εἰ φύλλα πάντα δένδρων
Ἐπίστασαι κατειπεῖν,
Εἰ ἠμαθῶδες εὑρεῖν
Τὸ τῆς ὅλης θαλάσσης,
Σὲ τῶν ἐμῶν ἐρώτων
Μόνον ποιῶ λογιστήν.
Πρῶτον μὲν ἐξ Ἀθηνῶν
Ἔρωτας εἴκοσιν θὲς,
Καὶ πεντεκαίδεκ' ἄλλους.
Ἔπειτα δ' ἐκ Κορίνθου
Θὲς ὁρμαθοὺς ἐρώτων,
Ἀχαΐης γάρ ἐστιν,

Ὅπο

Ὅπου καλαὶ γυναῖκες.
Τίθει δὲ Λεσβίους μοι
Καὶ μέχρι τῶν Ἰώνων,
Καὶ Καρίης, Ῥόδου τε,
Δισχιλίους ἔρωτας.
Τί φῂς ἀεὶ κηρωθείς;
Οὔπω Σύρους ἔλεξα,
Οὔπω πόθους Κανώβου,
Οὐ τῆς ἅπαντ' ἐχούσης
Κρήτης, ὅπου πόλεσσιν
Ἔρως ἐποργιάζει.
Τί σοι θέλεις ἀριθμεῖν
Τοὺς ἐκτὸς αὖ Γαδείρων,
Medicatur hic & ægris,
Neque mortuos relinquit.
Violensque vincit æuum.
Senium rosa venustum
Retinet iuuenta odorem.
Age proferamus ortum.
Vbi spumeis ab vndis,
Genitalibusque quondam
Venus editur profundi,
Iupiterque bellicosam
Cerebro parit Mineruam:
Sola tunc rosa superbum
Etiam edidêre germen.
Nouus inclytusque fœtus.
Chorus hîc deûm beatus,
Rosa fiat vt venusta,
Vbi nectare imbuisset,
Ita nobilem excitauit,
Rigido exerens rubeto
Fruticem tuum Lyæe.

Supra, pag. 72, *Iuuenũ frequẽt.*

Iuuenes ego alloquebar,
Pedetentim at illa venit,
Vbi vidit alloquentem.
Ego tunc ego in choream
Propero senex volucris.
Ego iam, mane Cybelle,
Age da mihi coronam.
Procul esto nunc senectus:
Genium volo choreis
Celebrare cum iuuencis,
Iuuenis repente factus.
Aliquis mihi liquorem
Properato ferre dulcem
Grauida Lyæi ab vua.
Videat senis vigorem:
Loqui adhuc quidem valentis
Bibere & probe scientis,
Furere & simul venuste.

Supra, pag. 73, *Equi solent.*

Equi solent inustum

Coxis

Coxis habere signum,
Notescit & tiara
Parthus sua notatus:
Statim sed ipse quemuis
Nosco videns amantem.
In corde namque signum
Quoddam gerit pusillum.

BACCHY-





BACCHYLIDIS VITA, EX Lilii Greg. Gyraldi dialogo IX, De poetarum historia.

NVnc iam igitur vobis de vltimo inter lyricos Bacchylide agam. Fuit autem, vt Strabo ait, fratris Simonidis filius, ex Iulide Cea insulæ ciuitate: ex qua etiam Simonides, vt paulo ante diximus. Facit me dubium Lutatius grammaticus, ita in septimo Thebaidos Statiana scribens, Alcmena, inquit, ciuitas est Bœotia, in qua regnauit Herculis filius. hinc Bacchylides Græcus poeta fuit, quem imitatus est Horatius. Quid nunc super hoc statuam, non habeo, quando hic ipse grammaticus mendosissimus legitur Octogesima vero prima, vt apud Eusebium notatum est, Olympiade floruit. Milonem patrem habuit, vt Pindari expositores tradunt: id quod & Græco carmine corroboratum inueni. quo fit vt illos falli putem qui corrupta Suidæ exemplaria secuti, Medonem Bacchylidis patrem dixere. Milon quippe patrem habuit Bacchylidis nomine, qui inter athletas haud ignobilis fuit: de cuius (id est aui) nomine poeta nuncupatus. Scribit Plutarchus in libello De exilio, in Peloponneso carmina composuisse. Celebrat vero Bacchylidis hymnos qui apopemptici dicuntur, Menander Græcus rhetor. Sunt autem apopemptici hymni, ab aliquibus apodemetici vocati, qui dei cuiuspiam peregrinationem continent: de quibus primo dialogo plura vobis retuli. Extat, quod sciam, Bacchylidis carmen inter Græca epigrammata, antiqua venere insignitum Scribit Porphyrion quod Bacchylidem imitatus est Horatius, cum alicubi, tum præcipue in ea ode, cuius hoc est initium, Pastor quum traheret per freta nauibus. *qua poeta Nereum Paridi futura vaticinantem inducit, at vero Bacchylides Cassandram. Iulianum Cæsarem scriptum reliquit Ammianus Marcellinus adeo Bacchylidis carminibus delectatum, vt & viuendi præcepta ab eo desumpserit: vt illud de castitate. Quum enim apud hunc poetam legisset, vt egregius pictor vultum speciosum effingit, ita pudicitia celsius consurgentē vitam exornat. Scribunt Pindari interpretes in Pythiis, Bacchylidis poemata apud Hieronē Pindaricis esse prælata. Porro tres Ælianus Bacchylidis nomine fuisse memoria prodidit: primū, hunc ipsum lyricum, alterum Atheniensem: tertium, Arcadium.*

BACCHY-

BACCHYLIDIS CARMINA.

APVD STOBÆVM IN tractatu de pace, & apud Plutarchum in vita Numæ, Ex Bacchylidis Pæanibus.

PArit autem mortalibus Pax dea magna
Diuitias, & carminum flores ex mellitis linguis prodeuntium
Arisque super affabrefactis, diis incenduntur
Fulua flamma femora boum, lanigerarumque ouium.
Gymnasiaq; iuuenes & tibias & comessationes curæ habent.
At in reuinctis ferro clypeis nigrorum araneorum
Telæ sunt: hastasque cuspidatas
Et enses ancipites ærugo consumit: ærearumque
Nō amplius tubarū clangor: neq; subripitur mellitus somnus
A palpebris, nostrum qui fouet cor.
Sed amabilibus conuiuiis onusti sunt vici,
Amatoriiq; hymni resplendent.

Apud eundem Stobæum, in tractatu, Quod fortiter ferenda sint quæ accidunt, Ex Bacchylidis Prosodiis.

Vnus

ΒΑΚΧΥΛΙΔΟΥ ΜΕΛΗ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΟΒΑΙΩι, ἐν τῷ Περὶ εἰρήνης λόγῳ, καὶ παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ ἐν τῷ τοῦ Νουμᾶ βίῳ, Ἐκ τῶν Βακχυλίδου παιάνων.

Τίκτει δὲ θνατοῖσιν εἰρήνα μεγάλα,
Πλοῦτον, καὶ μελιγλώσσων ἀοιδᾶν ἄνθεα.
Δαιδαλέων τ' ἐπὶ βωμῶν θεοῖσιν αἴθεται βοῶν
Ξανθᾷ φλογὶ μηρία, τῶν ἐυτρίχων τε μήλων·
Γυμνασίων τε νέοις αὐλῶν τε καὶ κώμων μέλει.
Ἐν δὲ σιδαροδέτοισιν πόρπαξιν αἰθᾶν ἀράχναν
Ἱστοὶ πέλονται, ἔγχεά τε λογχωτὰ,
Ξίφεά τ' ἀμφάκεα εὐρὼς δάμναται χαλκέων
Οὐκέτι σαλπίγγων κτύπος, οὐδὲ συλᾶται μελίφρων ὕπνος
Ἀπὸ βλεφάρων, ἀμὸν ὃς θάλπει κέαρ.
Συμποσίων δ' ἐρατῶν βρίθοντ' ἀγυιαί,
Παιδικοί θ' ὕμνοι φλέγονται.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Στοβαίῳ, ἐν τῷ Ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα. Ἐκ τῶν Βακχυλίδου Προσῳδιῶν.

Εἷς

Εἷς ὅρος, μία βροτοῖσιν ἐστὶν εὐτυχίας ὁδὸς,
Θυμὸν εἴ τις ἔχων ἀπενθῆ δύναται διατελεῖν βίον.
Οἷς δὲ μυρία μὲν ἀμφιπολεῖ φρενὶ, τόδε
Παρῆμαρ τε νύκτα μελλόντων χάριν
Ἄπλεται κέαρ, ἄκαρπον ἔχει πόνον.

Vnus terminus, vna mortalibus est felicitatis via,
Animum si quis habens doloris expertẽ, possit transigere vitã.
Cui vero infinita obuersantur menti,
Totumque diem & noctem de futuris
Angitur cor, inutilem sustinet laborem.

Sic interpretando lego ᾧ *pro* οἷς, *&* τὸ δὲ πᾶν ἦμάρ τε καὶ νύκτα, *item* δάπτεται.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίας λόγῳ, Ἐκ τῶν Βακχυλίδου ἐπινικίων.

Apud eundem in tract. De felicitate, Ex Bacchylidis epiniciis.

Ὄλβιος ᾧ τινι θεὸς μοῖράν τε καλῶν ἔπορεν,
Σύν τ᾽ ἐπιζήλῳ τύχᾳ ἀφνειὸν βιοτὰν διάγειν.
Οὐ γάρ τις ἐπιχθονίων πάντ᾽ εὐδαίμων ἔφυ.

Beatus cui Deus portionem bonorum dedit,
Cumque fortuna optabili vitam opulentam ttansigere.
Neque enim quisquam hominum per omnia beatus est.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ περὶ ἀδικίας καὶ φιλαργυρίας λόγῳ, ἐκ τῶν αὐτῶν ἐπινικίων.

Apud eundem in tract. de iniustitia & auaritia ex iisdem epiniciis.

Ὡς δ᾽ ἅπαξ εἰπεῖν. φρένα καὶ πυκινὰν κέρδος ἀνθρώπων βιᾶται.

Vt autem semel dicam, menti hominis etiam prudenti lucrum vim affert

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ περὶ ἀληθείας λόγῳ, Ἐκ τῶν τοῦ Βακχυλίδου ὑπορχημάτων.

Apud eundem in tractatu De veritate, Ex Bacchylidis hyporchematibus.

Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσὸν, ἀνδρῶν δ᾽ ἀρετὰν σοφία τε παγκρατής τ᾽ ἐλέγχει ἀλάθεια

Lydius enim lapis index est auri, hominum autem virtutem sapientia & omnipotens veritas arguit.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ περὶ πένθους, ἐκ τῶν τοῦ Βακχυλίδου ὕμνων.

Apud eundem in tractatu de luctu, Ex Bacchylidis hymnis.

Αἲ αἲ τέκος, ἁμέτερον μεῖζον ἢ πενθεῖν
Ἐφάνη κακὸν ἀφθέγκτοισιν ἴσον.

Heu heu fili, nostrum maius luctu [quale
Emersit malum, ineffabilibus æ-

ΠΑΡΑ

APVD

APVD ATHENÆVM,
Dipnos. lib. 2

Dulcis necessitas Veneris erũpens ex poculis fouet animum: & ſpes concutit mentem quum immiſcetur Bacchicis donis: hominibusque altiſſime proiicit curas. Ipſe animus vrbium mœnia expugnat, omniumque hominum ſe monarcham fore putat: quinetiam auro & ebore renident ædes, & tritico onuſtę naues ſplendidas ab Ægypto deuehunt diuitias ampliſſimas, vt bibentis cor imaginatur.

Apud eundem Dipnoſ. lib. 4.

Stetit autem ſuper ſaxeo limine,
(Illi vero epulum parabant) ſicque dixit,
Sponte ſua ad bonorum conuiuia opulenta
Accedunt iuſti viri.

Idem Diopnoſ. lib. XI Mentionem (inquit) Bœotiorum ſcyphorum facit hic Bacchylides compellans Dioſcuros, & eos ad hoſpitium inuitans.

Non adſunt boum corpora, neque aurum, neque purpurei tapetes: ſed animus beneuolus, muſaque dulcis, & Bœoticis in ſcyphis vinum ſuaue.

Apud eundem Dipnoſoph. lib. 15. ex Bacchylidis amatoriis.

Quum

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι,
Δειπνοσοφ. βιβλ. β.

Γλυκεῖ' ἀνάγκη σευομένα κυλί-
κων
θάλπῃσι θυμὸν Κύπριδος·
ἐλπὶς δ' αἰθύσσει φρένας
ἀναμιγνυμένα Διονυσίοισι δώ-
ανδράσι δ' ὑψοτάτω [ροις,
πέμπει μερίμνας.
αὐτὸς μὲν πόλεων
κρήδεμνον λύει,
πᾶσι δ' ἀνθρώποις
μοναρχήσειν δοκεῖ·
χρυσῷ δ' ἐλέφαντί τε
μαρμαίρουσιν οἶκοι,
πυροφόροι δὲ κατ' αἰγλήεντα
νῆες ἄγουσιν ἀπ' Αἰγύπτου
μέγιστον πλοῦτον,
ὡς πίνοντος ὁρμαίνει κέαρ.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ Δειπνοσοφ,
βιβ. δ'.

Ἔστη δ' ἐπὶ λάϊνον οὐδόν,
(Τοὶ δὲ θοίνας ἔντυνον) ὧδέ τ'
ἔφασκ',
Αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν δαῖτας
εὐόχθους
Επέρχονται δίκαιοι φῶτες.

Ὁ αὐτὸς Δειπνοσοφ. βιβλ. ια'.
Μνημονεύει δὲ (φησὶ) τῶν Βοιωτικῶν σκύφων Βακχυλίδης ἐν τούτοις, ποιούμενος τὸν λόγον πρὸς τοὺς Διοσκούρους, καλῶν αὐτοὺς ἐπὶ ξένια.

Οὐ βοῶν πάρεστι σώματ', οὔτε χρυσὸς, οὔτε πορφύρεοι τάπητες, ἀλλὰ θυμὸς εὐμενὴς, μοῦσά τε γλυκεῖα, καὶ Βοιωτίοισιν ἐν σκύφοισιν οἶνος ἡδύς.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ. Δειπνοσο. βιβ. ιε,
ἐν τῶν Βακχυλίδου ἐρωτικῶν.

Εὖτε

Εὖτε τὴν ἀπ' ἀγκύλης ἵησι νεανίαις, λευκὸν ἀντείνασα πῆχυν.

Quum apte inflectendo cubitum, iacit his adolescētibus, candidum extendens brachium.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΟΥΤΑΡχῳ, ἐν τῷ Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν.

APVD PLVTARCHVM in libello De modo audiendorum a iuuene poematum.

Φάσωμεν πιστὸν κῦδος ἔχειν δὲ ἐμπάν· πλοῦτος δὲ καὶ δειλοῖσιν ἀνθρώπων ὁμιλεῖ.

Dicamus virtutem habere fidam gloriam: at opes versantur etiam apud ignauos homines.

ΠΑΡΑ ΔΙΟΝΥΣΙΩι ΤΩι Ἁλικαρνασσεῖ, ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, καὶ παρ' Ἀθηναίῳ Δειπνοσοφ. βιβ. ιδ'.

APVD DIONYSIVM Halicarnasseum, in libro De structura verborum: & apud Athenaum, Dipnos. lib 14.

Οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ χρυσαιγίδος Ἰτωνίας χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἁβρόν τι δεῖξαι,

Non est sessionis hoc opus, neque dilationis: sed oportet ad Itoniæ aurea ægide insignis templum affabrefactum profectos festiuum aliquid proferre.

ΚΛΗΜΗΣ Ο ΑΛΕΞΑΝδρεὺς Στρωματέων λόγῳ ε', Ἀκούσωμεν οὖν πάλιν (φησὶ) Βακχυλίδου τοῦ μελοποιοῦ περὶ τοῦ θείου λέγοντος.

CLEMENS ALEXANdrinus Strom lib. 5. Audiamus igitur rursum (inquit) Bacchylidem de deo dicentem.

Οἱ μὲν ἀδμῆτες ἀεὶ καὶ λίαν νούσων εἰσὶ, καὶ ἀναίτιοι, οὐδὲν ἀνθρώποις ἴκελοι.

Illi quidem non domantur morbis fœdis: culpaque vacant, nullo modo hominibus similes.

In hac interpretatione lego ἀεικελίων pro ἀεὶ καὶ λίαν. Sed & vox ἀναίτιοι mihi suspecta est.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Στρωμ. λογ. ϛ'.

Apud eundem, Strom. lib 6.

Παύροισι δὲ θνητῶν τὸν ἅπαντα χρόνον τῷ δαίμων ἔδωκε πράσσοντας ἐν καιρῷ πολιοκρόταφον γῆρας ἱκνεῖσθαι, πρὶν ἐγκύρσαι δύᾳ.

Paucis autem mortalium cōcessum est a numine vt bene rem gerentes, mature ad cana tempora inducentem senectutem perueniant, priusquam incidant in calamitates.

ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ Πίνδαρον προλεγομένοις.

IN PROLEGOMINIS IN Pindarum.

Συνέβη δὲ Ἱέρωνα τὸν Γέλωνος ἀδελφὸν νικήσαντα τὴν οη' ὀλυμπιάδα, ἐν ταύτῃ τελευτῆσαι.

Accidit autem vt Hieron Gelonis frater, quum vicisset etiam 78 Olympiadem, in hac diem suum obiret.

obiret Nomen autem victoris equi est Pherenicus. Meminit vero eius Bacchylides, scribens ita,

Flauipilum quidem Pherenicum iuxta Alpheum latifluum, equum procellas cursu æquantem victoria potitum.

Ex scholiis in eundem Pindarum.

Πρόθυρον igitur id est, vestibulum & θύραν, id est ianuam solent appellare Corinthum: quod initium aut extremitas Peloponnesi sit Isthmus: vestibulum autem in Peloponnesum proficiscentibus. Bacchylides,

O diuinitus ædificatæ portæ, insulæ splendidæ Pelopis.

EX SCHOLIIS IN *Apollonium Rhodium.*

Hecate, tedigeræ Noctis magnũ habentis sinum filia.

APVD HEPHÆstionem.

O Periclete cætera autem ignoraturum te non spero.

Apud eundem.

Sane pulcher Theocritus non solus hominum videt.

Apud eundem.

Tu autem in sola tunica ad amicam mulierem fugis.

στη. τὸ δὲ ὄνομα τοῦ νικῶντος ἵππου Φερένικός ἐστι. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Βακχυλίδης, γράφων οὕτως,

Ξανθότριχα μὲν Φερένικον Ἀλφεὸν παρ' εὐρυδίναν πῶλον ἀελλοδρόμον νικήσαντα.

Ἐκ τῶν εἰς τὸν αὐτὸν Πίνδαρον σχολίων.

Πρόθυρον τοίνυν καὶ θύραν εἰώθασι καλεῖν τὴν Κόρινθον, διὰ τὸ ἀρχὴν ἢ τέλος εἶναι τῆς Πελοποννήσου τὸν Ἰσθμὸν, πρόθυρον δὲ τοῖς εἰς Πελοπόννησον στελλομένοις. Βακχυλίδης,

Ὦ Πέλοπος λιπαρᾶς νάσου θεόδματοι πύλαι.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝ ΤΟΝ Ῥόδιον σχολίων.

Ἑκάτα, δαδοφόρε Νυκτὸς μεγαλοκόλπου θύγατερ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΙ.

Ὦ Περίκλειτε δ' ἀλλ' ἀγνοήσειν μὲν οὐ σ' ἔλπομαι.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Ἦ καλὸς Θεόκριτος οὐ μόνος ἀνθρώπων ὁρᾷ.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ.

Σὺ δ' ἐν χιτῶνι μούνῳ παρὰ τὴν φίλην γυναῖκα φεύγεις.



SIMONIDIS VITA, EX LILII Greg. Gyraldi dialogo IX, De poetarum historia.

Fuit vero Simonides post Stesichorum: id quod & Athenæus ostendere nititur, quum quis primus τίμμαζα *dixerit inquirit. ibi enim Simonidis versus quosdam affert, in quibus de Stesichoro fit mentio. At Eusebius eadem simul ætate vixisse scribit, alii post Ibycum: quod obseruauimus apud eos qui in Apollonii commentaria collegere. Suidas Simonidem ait* LVI *Olympiade floruisse: alii* LXII *scripsere, & peruenisse usq; ad* LXXIIX. *Fuerit vtcunq;, illud certe a multis est traditum, nouem lyricos poetas si non eadem ætate fuisse, non multo certe tempore inter se distantes. Fuit ergo Simonides Leoprepis filius, vt Herodotus scribit: vt alii, Theoprepis. vtrunq; est apud Suidam, nec semel, legere. Fuisse vero dicitur aspectu fœdo & deformi (id quod illi obiecit Themistocles) patria Iulites, ab vrbe Cea insula. cognominatus, item Melicertes a cantus suauitate. Literas vero lõgas & duplices reperisse a Græcis quibusdam dicitur. at noster Plinius has tantum quatuor ait inuenisse, η, ω, ζ, ψ. Dorica in scribendis versibus vsus est lingua. Cambysæ & Darii regnum, & Xerxis nauale prælium descripsit. cuius rei apud Suidam & in commentariis in Apollonium mentionem nonnunquam factam videmus. Item prælium illud quod ad Artemisium promontorium commissum est, versu elego composuit: quod vero ad Salaminem factum est, lyrico carmine executus est. Scripsit & threnos, hoc est nænias, vel lacrymas. Horatius,* Ceæ retractes munera næniæ. *Et Catullus,* Mœstius lacrymis Simonideis. *quanquam propter affectum & reticentiam locus hic Catulli parum lucide a grammaticis explanatur. Composuit item laudes, hoc est encomia, & epigrammata: quorum adhuc pleraq; leguntur, vt illud in Megisteum, vatem Acarnanem, ex Melampodis genere, cuius & Herodotus meminit. interitum enim Megisteus Leonidæ & sociorum suique ipsius prædixit: quare constructo ei ab Amphictyonibus tumulo Simonides ob mutuam hominis familiaritatem carmen composuit.*

Statim post,

Scripsit & pæanas & tragœdias. His addit & Strabo Deliacorum

dis hy-

dithyrambum, quem Memnon inscripsit. addit & Herodotus laudes in Eualcidem Eretriorum ducem. Griphis quoq; & id genus poematis delectatus. Duo vtiq; eiusmodi extant epigrammata, quæ in medium affert Chamæleon, alterum quidem de hirco & delphine, alterum de asello qui per lusum Epeus dictus est, quæ nisi ab eo ipso explicarentur, minus profecto intelligerentur. Inter longæuos vero connumeratur: nonagesimum enim annum excessisse scribit in Macrobiis Lucianus: Suidas nonagesimum nonum. Eusebius in Simonidis ætate inconstans esse videtur. Proditum est a Valerio Maximo, octagesimo illum anno (vel potius nonagesimo legendum) carmina docuisse, & in eorum certamen descendisse, magna etiam cum voluptate: idque se nouisse scribit Valerius ex ipsius Simonidis poematis. Senex etiam Simonides interrogatus quandiu vixisset, Parum, inquit, at annos multos. Autor Stobæus. Diis certe Simonidem gratum fuisse, ex iis quæ Cicero & Valerius tradunt colligimus. Quum enim naufragum quendam in littore proiectum vidisset, & miseratione motus eum humasset, moneri per somnum sibi visus est, ne crastino nauem conscenderet. Postridie igitur haud nauem conscendit: cæteri spreto hominis consilio quum soluissent, eo spectante naufragio periere. quare lætus Simonides, quod somno vitam seruasset tanti beneficii memoriam elegantissimo carmine æternitati consecrauit. Non minus mirum videtur id quod ab iisdem simul & Fabio traditur, Quum enim Cranone (quod Thessaliæ oppidum est) apud Scopam amicum & diuitem cœnaret, carmenque cantasset quo Scopam quidem ipsum laudarat, sed, ita vt fit, in Castorum laudes diuerterat, tum Scopas iratius dixit Simonidi, Eius dimidium quod dare pactus fueram, a Tyndaridis petas. Fabius inter autores magnam esse dissensionem ostendit: nam non Scopam quidam, sed Glaucum Carystium, alii Leocratem dicunt, alii Agatharchum: ipsumq; cœnaculum non Scopæ, sed Pharsali cuiusdam, quam rem & Simonides ipse quodam suorum carminum loco monstrauit. Igitur postquam ille negauerat præmium, nunciatum est duos ad ianuam iuuenes adstitisse, qui Simonidem vocarent: ad quos quum exiuisset, repente triclinium corruisse, conuiuasq; omnes & ministros ruina elisisse: iuuenes qui ad ostium adstiterant, nusquam amplius visos quare Tyndaridas illos fuisse creditum est, quod licet fabulosum Fabius putet, tunc primum tamen idem ipse & alii complures scriptores memoriæ artem existimant Simonidem excogitasse, in collisorum videlicet discernendis cadaueribus. excelluit. n. memoria Simonides: quã quidã cõparasse arbitrantur quibusdam epotis medicamentis: vt Ammianus Marcellinus scribit.

Statim post,

Simonidem etiam quidam volunt, primum induxisse breuem loquendi modum, quem ex re Graeci μικρολογίαν nuncupant. Versatus vero est Simonides diu in Sicilia, quod ex Xenophontis dialogo De tyrannide plane compertum est. Sed & Theocritus poeta idem innuit in Charitum poemate, & eius ibi interpretes.

Paulo post,

Ob auaritiam a Pindaro etiam & Callimacho taxatur Simonides. id quod & Pindari commentatores obseruant. Hinc & in auaros & sordidos simul & callidos adagionem factum legimus, cuius Aristophanes & Suidas meminere, Σιμωνίδου μέλη, hoc est, Simonidis carmina seu cantica, varia scilicet & malæ artis. is enim primus in poeticam, astutiam & quæstum induxit, quin & ipse κίμβιξ a Chamæleone ea de causa vocatur, qua dictione Græci pecuniæ auidum significant. Idem & apud Athenæum legitur.

Paulo post,

Interrogatum vero ab Hierone Simonidem scribit Cicero quid aut qualis esset Deus, diem vnam postulasse ad deliberandum, postridie autem biduum, atque sic pariter deinceps duplicasse numerum: quamobrem miratus Hieron quæsiuit quid ita faceret. tum Simonidem respondisse, quo id diutius consideraret, eo sibi rem videri obscuriorem. Simonidem ipsum præterea cum Pausania Lacedæmonio aliquando in conuiuio quum esset, ab eo rogatum legimus vt graue aliquid & sapientia refertum diceret: tum Simonidem risisse, Memento inquit, quod homo es. hoc est, μέμνησο ἄνθρωπος ὤν.

Paulo post,

Tanta insuper auctoritatis habitus est, vt a summis viris celebretur. Nam & Xenophon, Attica illa Musa, libellum de tyrannide, Simonide & Hierone interlocutoribus fecit. Plato in Protagora, &c.

QVINTILIANI DE SIMONIDIS *carminibus elogium.*

Simonides, tenuis alioqui, sermone proprio & iucunditate quadam commendari potest. præcipua tamen eius in commouenda miseratione virtus: vt quidam in hac eum parte omnibus eiusdem operis autoribus præferam.

DIONY-

DIONYSII HALICARNASSEI DE IISDEM SENTENTIA.

nassei de iisdem sententia.

Simonidis autem obserua delectum verborum, & accuratam orationis structuram. Hoc præterea, (qua in re præstantior etiam Pindaro comperitur) quod commiserationem moueat non magnifice, vt ille, sed cum affectibus.

Sic interpretando, lego μὴ μεγαλοπρεπῶς, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ παθητικῶς.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

ἁλικαρνασσέως περὶ τῆς τοῦ Σιμωνίδου μελῶν γνώμη.

Σιμωνίδου δὲ παρατήρει τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, τῆς συνθέσεως τὴν ἀκρίβειαν· πρὸς τούτοις (καθ᾽ ὃ βελτίων εὑρίσκεται καὶ Πινδάρου) τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ἀλλ᾽ ὡς ἐκεῖνος παθητικῶς.





ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ ΜΕΛΗ.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ Ο ΑΛΙκαρνασσεὺς ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, Ἔστι δὲ ἡ διὰ πελάγους φερομένη Δανάη τὰς ἑαυτῆς ἀποδυρομένη τύχας, [παρὰ τῷ Σιμωνίδῃ διὰ τούτων.]

Ὅτι λάρνακι ἐν δαιδαλέᾳ ἄνεμος βρέμῃ πνέων, κινηθεῖσα δὲ λίμνα δείματι ἔρειπεν, οὔτ' ἀδιάντοισι παρειαῖς ἀμφί τε Περσεῖ βάλλε φίλαν χέρα, εἶπέν τε. ὦ τέκνον, οἷον ἔχω πόνον. σὺ δ' αὖτε γαλαθηνῷ ἤτορι κνώσσεις ἐν ἀτερπεῖ δώματι χαλκεογόμφῳ δὲ, νυκτιλαμπεῖ. κυανέῳ τε δνόφῳ. τὺ δ' αὐαλέαν ὕπερθε τεὰν κόμαν βαθεῖαν παριόντος κύματος οὐκ ἀλέγεις, οὐδ' ἀνέμου φθόγγων πορφυρέᾳ κείμενος ἐν χλανίδι πρόσωπον καλόν. εἰ δέ τοι δεινὸν τόγε δεινὸν ἦν, καί κεν ἐμῶν ῥημάτων λεπτὸν ὑπεῖχες οὖας. κέλομαι, εὗδε βρέφος, εὑδέτω δὲ πόντος, εὑδέτω ἄμετρον κακόν. ματαιοβουλία δέ τις φανείη, Ζεῦ πάτερ, ἐκ σέο, ὅτι δὴ θαρσαλέον ἔπος εὔχομαι τεκνόφι δίκας μοι.

ΠΑΡΑ

SIMONIDIS CARMINA.

DIONYSIVS HALIcarnasseus in libro De structura verborum, Est (inquit) Danaë, dum per mare fertur suas deplorans calamitates [apud Simonidem his verbis.]

Qvum in arca affabrefacta ventus fremeret spirans, commotaque palus præ horrore concideret, madidis genis, Perseo admouit charam manum, dixitque, O fili quantis angustiis premor: tu vero lacteo pectore dormis in tristi domo, & clauis ferreis compacta *&* noctu lucida, atraque caligine. Tu porro siccam supra tuam cæsariem prætereuntem fluctum non curas, nec venti sonos, purpurea in tunicula conditam habens faciem pulchram. At si a te periculum graue esse iudicaretur, vt certe graue est, saltem meis verbis minutam supponeres auriculam. Iubeo, dormi infans: dormiat & mare, dormiat & immensum malum. Cæterũ *hoc* inane quoddam consilium *fuisse* reperiatur, Iupiter pater, per te, siquidem (quod audacter dictum sit) opto filii opera pœnas mihi *dari*.

APVD

APVD CLEMENTEM Alexandrinum, Strom. lib. 3.

Bene valere præstantissimum est viro mortali,
Secundum autem, pulchrum indole esse,
Tertium vero, diuitem esse non dolose,
Quartum, pubertate frui vna cum amicis.

Hæc carmina citat etiam Plato in Gorgia, citat & Athenæus lib. 15, in ea parte libri quæ in vulgatis codicibus desideratur. vterque autem scolium ea vult esse, sed neuter autoris nomen profert.

ΠΑΡΑ ΚΛΗΜΕΝΤΙ ΤΩΙ Ἀλεξανδρεῖ, Στρωμ. βιβ. γ'.

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνητῷ,
Δεύτερον δὲ, φυὰν καλὸν γενέσθαι,
Τὸ τρίτον δὲ, πλουτεῖν ἀδόλως,
Καὶ τὸ τέταρτον, συνηβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

Apud eundem Clem. Strom. lib. 4.

Est quædam fama virtutem habitare in rupibus difficilem ascensum habentibus, tunc vero illam * velocem locum castum obire. Nec vero omnium mortalium oculis aspectabilis *est*. cui nõ sudor animum mordens deintus venerit, *non* peruenire possit ad summitatem fortitudinis.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, Στρωμ. βιβ. δ'.

Ἔστι τις λόγος, τὰν ἀρετὰν ναίειν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις. νῦν δέ μιν θοὰν χῶρον ἁγνὸν ἀμφέπειν. οὐδὲ πάντων βλεφάροις θνατῶν ἔσοπτος, ᾧ μὴ δακέθυμος ἱδρὼς ἔνδοθεν μόλῃ, ἵκητ' ἐς ἄκρον ἀνδρείας.

APVD ATHENÆVM Dipnosoph. lib. 4.

Vt hasta omnes superauerit iuuenes,
Vorticosum iaculatus vltra torrentem,
Racemis abundante ab Iolco.

Sic interpretando lego νίκασε νέους pro νικᾷς ὀνιούς.

ΠΑΡΑ ΤΩΙ ΑΘΗΝΑΙΩΙ. Δειπνοσοφ. βιβλ. δ'.

Ὡς δουρὶ πάντας νικᾷς ἐνιοὺς,
Δινάεντα βαλὼν ἄναυρον ὑπὲρ
Πολυβότρυος ἐξ Ἰωλκοῦ.

Apud eundem lib. 11.

* quando Mercurius certaminum præses Maiæ pulchricomæ

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, βιβλ. ια'.

Δίδωτι δ' εὖτέ σ' Ἑρμᾶς ἐναγώνιος Μαίας εὐπλοκάμοιο

παῖς, ἔτικτε δ᾽ Ἄτλας ἑπτὰ ἰοπλοκάμων φίλαν θυγατέρων τὰν ἔξοχον εἶδος, αἳ καλέονται Πηλειάδες οὐράνιαι.

mę filius, peperit autem Atlas septem violaceum capillitium habentium sororum præstantissimam forma, quæ vocantur Pleiades cælestes.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, βιβλ. ιβ´

Τίς γὰρ ἁδονᾶς ἄτερ θνατῶν βίος ποθεινὸς, ἢ ποία τυραννίς; τᾶς δ᾽ ἄτερ οὐδὲ θεῶν ζαλωτὸς αἰών.

Apud eundem, lib. 12.

Quæ enim absq; voluptate vita mortaliū optabilis, aut quod regnū? absq; hac, ne vita quidem deorum concupisci debeat.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Δειπνοσοφ. βιβλ. ιγ´.

Πορφυρέου ἀπὸ στόματος ἱεῖσα φωνὰν παρθένος.

Apud eundem, Dipnosoph. lib. 12.

Purpureo ex ore vocem emittens virgo.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΑΠΟΛΛώνιον τὸν Ῥόδιον σχολίων.

Σχέτλιε παῖ δολομήδεος, Ἀφροδίτας τὸν Ἄρει δολομαχάνῳ τέκεν.

EX SCHOLIIS IN *Apollonium Rhodium.*

Scelefte puer, mali cogitator, quem Venus Mercurio fraudum machinatori peperit.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΥΡΙΠΙδην σχολίων.

Τὸ δοκεῖν καὶ τὴν ἀλήθειαν βιάζεται.

EX SCHOLIIS IN *Euripidem.*

Opinio veritati quoque vim affert.

Ἐκ τῶν αὐτῶν.

Ὅτι Μήδεια ἐβασίλευσε Κορίνθου Σιμωνίδης ἱστορεῖ, λέγων οὕτω, Οὐδὲ κατ᾽ εἰς Κόρινθον, οὐ Μαγνησίαν ναῖεν. ἀλόχου δὲ Κολχίδος συνάστιος, Θράνου Λεχαίου τ᾽ ἄνασσε.

Ex iisdem,

Medeam regnum Corinthi obtinuisse Simonides narrat, his verbis, Neque Corinthum neq; Magnesiam habitabat, sed easdem quas & vxor Colchis vrbes incolēs, Thrano & Lechæo regnabat.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΙΣ ΣΟΦΟκλέα σχολίων.

Τὸ γὰρ γεγενημένον οὐκ ἔτ᾽ ἄρρεκτον ἔσται.

EX SCHOLIIS IN *Sophoclem.*

Quod enim factum est, non amplius infectum erit.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΟΒΑΙΩι, ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου λόγῳ, ὅτι βραχὺς καὶ εὐτ. καὶ τὰ ἑξῆς.

Οὐδὲ γὰρ οἳ πρότερόν ποτ᾽ ἐπέλοντο,

APVD STOBÆVM IN tractatu de vita breuitate & vil. &c.

Neque enim ii qui superiori seculo extiterunt,

Θεῶν

Et

Et deorum dominatorum nati sunt filii,
Semidei, laborũ experte & exitii,
Periculisq; carente vita ad senectutem peruenerunt transacta.

Apud eundem, in tractatu De instabilitate felicitatis humanæ, ex Simonidis Threnis.

Homo existens ne vnquam dixeris quid futurum sit:
Neq; hominem intuitus, quamdiu permansurus sit.
Celer enim ne muscæ quidem alas expandentis
Est adeo mutatio.

Apud eundem in Comparatione vitæ & mortis.

Vitæ enim tempus est breue: at absconditus
Sub terra iacet mortalis in æternum.

APVD PLVTARCHVM in Consolatoria oratione ad Apollonium.

Hominum exiguæ vires, & irritæ cogitationes, & in vita breui labor super laborem. Ineuitabilis autẽ pariter imminet mors illius enim æqualem portionem sortiuntur & probi & improbi.

Apud eundem, ibidem.

Nam longitudo aut breuitas *temporis* nihil differre videntur, ad infinitum seculum respicientibus. Siquidem mille atq; adeo decies mille anni, secundum Simonidem, punctum sunt quoddam quod circumscribi nõ potest,

Θεῶν δ' ἐξ ἀνάκτων ἐγένοντο υἱέες
Ἡμίθεοι, ἄπονον οὐδ' ἄφθιτον
Οὐδ' ἀκίνδυνον βίον ἐς γῆρας ἐξίκοντο τελέσαντες.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ Ὅτι ἀβέβαιος ἡ τῶν ἀνθρώπων εὐπραξία, ἐκ τῶν Σιμωνίδου θρήνων.

Ἄνθρωπος ἐὼν μή ποτε φήσῃς ὅ τι γίνεται,
Μηδ' ἄνδρα ἰδὼν, ὅσσον χρόνον ἔσσεται.
Ὠκεῖα γὰρ οὐδὲ τανυπτερύγου μυίας
Οὕτως ἁ μετάστασις.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῇ συγκρίσει ζωῆς καὶ θανάτου.

Βιοτῆς μὲν γὰρ χρόνος ἐστὶ βραχύς· κρυφθεὶς δὲ
Ὑπὸ γῆς κεῖται θνητὸς τὸν ἅπαντα χρόνον.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΟΥΤΑΡΧῼ, ἐν τῷ πρὸς Ἀπολλώνιον παραμυθητικῷ.

Ἀνθρώπων ὀλίγον μὲν κάρτος, ἄπρακτοι δὲ μελεδῶνες, αἰῶνι δὲ παύρῳ πόνος ἀμφὶ πόνῳ· ὁ δ' ἄφυκτος ὁμῶς ἐπικρέμαται θάνατος. κείνου γὰρ ἴσον λάχον μέρος οἵ τ' ἀγαθοὶ, ὅστις τε κακός.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, αὐτόθι.

Τό τε πολὺ δήπουθεν ἢ μικρὸν, οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ πρὸς τὸν ἄπειρον ἀφορῶσιν αἰῶνα. τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια κατὰ Σιμωνίδην ἔτη, στιγμή τίς ἐστιν

ἀόριστος,

ἀόρατος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου.

Ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης τὴν ἱπποτροφίαν φησὶν οὐ λακύθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ' ἀρούραισι πυροφόροις.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ.

Ὥσπερ γὰρ ἄνθεσιν ὁμιλεῖν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τὴν μέλιτταν, ξανθὸν μέλι μηδομένην.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ Πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο, καὶ ἐν τῷ τοῦ Τιμολέοντος βίῳ.

Πάσαισι κορυδαλλῆσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, κατὰ τὸν Σιμωνίδην.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, Συμποσ. η.

Νηνεμία γὰρ, ἠχώδης, καὶ γαλήνη. καὶ τοὐναντίον, ὡς Σιμωνίδης φησίν· Οὐδὲ γὰρ ἐννοσίφυλλος ἀήτας τότ' ὦρτ' ἀνέμων, ἅ τις κατεκώλυε σκιδναμένα μελιαδέα γᾶρυν ἀραρεῖν ἀκοαῖσι βροτῶν.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ Θησ. βίῳ.

Ὁ δὲ Σιμωνίδης οὐ λευκόν φησιν εἶναι τὸ δοθὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, ἀλλὰ φοινίκεον ἱστίον, ὑγρῷ πεφυρμένον πρίνου ἄνθει ἐριθάλλου· καὶ τοῦτο τῆς σωτηρίας αὐτῶν ποιήσασθαι σημεῖον, ἐκυβέρνα δὲ τὴν ναῦν Ἀμαρσυάδης Φέρεκλος, ὥς φησι Σιμωνίδης.

ΠΑΡΑ

potest, vel potius pars quædam breuissima puncti.

Apud eundem, in lib. De modo dignoscendi adulatoris ab amico.

Quemadmodum Simonides equorum nutritionem *ait* non comitati lecythum, sed arua frumentifera.

Apud eundem, in lib. De cognoscendo cuiq; suo circa virtutem profectu.

Vt enim apem inter flores versari *dicit Simonides*, flauum mel rimantem.

Apud eundem, in lib. De capienda ex inimicis vtilitate, & in Timolentis vita.

Omnibus galeritis necesse est cristam ingenitam esse, *secundum Simonidem.*

Apud eundem, Sympos. 8.

Nam dum silent venti, serenumque est cælum, sonus clare auditur, & contra, *sicut Simonides ait.* Neque enim foliorum agitator flatus ventorum tunc excitatus erat, qui dum dispergeretur, impediebat quominus mellita vox applicaretur auribus mortalium.

Apud eundem in Thesei vita.

At Simonides non album velum dicit ab Ægeo traditum, sed puniceum molli permixtum flore egregie frondentis: & hoc salutis eorũ posuisse signũ. Gubernator aũt nauis erat Amarsyadas Phereclus, vt ait Simonides.

APVD

APVD ARISTIDEM, in oratione De intempestiue dicto.

Deinde tibi vir aliquis Simonideus respondebit, O homo iaces viuens adhuc, magis quam illi qui sunt sub terra.

Apud eundem, ibidem.

Musa enim non per inopiam degustat quod adest tantum, sed omnia metens.

Apud eundem, ibidem.

Ne me desistere iubeatis, quoniam incœpit iucūdissimorum carminum pulchre sonora multichorda tibia.

APVD PLATONEM IN Protagora,

Ex interpretatione Marsilii Ficini.

Dicit enim alicubi Simonides ad Scopam Creontis Thessali filium, difficile esse virum vere bonum fieri, manibus pedibusque & mente non ad amussim quadratis.

Et statim post,

In iisdē carminibus postea dicit, Pittaci (sapientis licet viri) sententiam absonam sibi videri, qua inquit, difficile est bonum manere.

Et aliquanto post,

Quod enim Simonides difficile nō malum intelligi velit, argumento sunt quæ sequuntur. subiungit enim quod solus deus hoc munere frui dignus est.

Et

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΡΗΣΤΕΙΔΗ, ἐν τῷ Περὶ τοῦ παραφθέγματος.

Κἆτά σοι ἀνήρ τις Σιμωνίδειος ἀμείψεται, Ὦ ἄνθρωπε κεῖσαι ζῶν ἔτι μᾶλλον τῶν ὑπὸ γῆς ἐκείνων.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, αὐτόθι.

Ἁ μοῦσα γὰρ οὐκ ἀπόρως γεύει τὸ παρὸν μόνον, ἀλλ' ἐπέρχεται πάντα θεριζομένη.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, αὐτόθι.

Μή με καταπαύετ', ἐπείπερ ἤρξατο τερπνοτάτων μελέων ὁ καλλιβόας πολύχορδος αὐλός.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΠΛΑΤΩΝΙ ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ.

Λέγει γάρ που Σιμωνίδης πρὸς Σκόπαν τὸν Κρέοντος υἱὸν τοῦ Θετταλοῦ, ὅτι ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀληθέως γενέσθαι χαλεπὸν, χερσί τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον.

Καὶ μετὰ ταῦτα εὐθὺς,

Οἶσθα οὖν, ἔφη, ὅτι προϊόντος τοῦ ᾄσματος λέγει που, οὐδέ μοι ἐμμελέως τὸ Πιττάκειον νέμεται, καί τοι σοφοῦ παρὰ φωτὸς εἰρημένον, χαλεπὸν φάτο ἐσθλὸν ἔμμεναι.

Καὶ μετά τινα.

Ἐπεὶ ὅτι γε Σιμωνίδης οὐ λέγει τὸ χαλεπὸν κακὸν, μέγα τεκμήριόν ἐστιν εὐθὺς τὸ μετὰ τοῦτο ῥῆμα. λέγει γὰρ ὅτι θεὸς ἂν μόνος ἔχοι τοῦτο τὸ γέρας.

Καὶ

Καὶ μετ᾽ ὀλίγα.

Ἀλλὰ τὸν τύπον αὐτοῦ τὸν ὅλον διεξελθωμεν, καὶ τὴν βούλησιν, ὅτι παντὸς μᾶλλον ἔλεγχός ἐστι τοῦ Πιττακείου ῥήματος διὰ παντὸς τοῦ ᾄσματος. λέγει γὰρ μετὰ τοῦτο ὀλίγα διελθὼν ὡσανεὶ λέγοι λόγον, ὅτι γενέσθαι μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν, χαλεπὸν ἀληθέως, οἷόν τε μέν τοι ἐπί γε χρόνον τινά· γενόμενον δὲ διαμένειν ἐν ταύτῃ τῇ ἕξει, καὶ εἶναι ἄνδρα ἀγαθὸν, ὡς σὺ λέγεις ὦ Πιττακὲ, ἀδύνατον, καὶ οὐκ ἀνθρώπειον, ἀλλὰ θεὸς ἂν μόνος τοῦτο ἔχοι τὸ γέρας· ἄνδρα δ᾽ οὐκ ἔστι μὴ οὐ κακὸν ἔμμεναι, ὃν ἀμήχανος συμφορὰ καθέλῃ.

Καὶ μετ᾽ ὀλίγα,

Ταῦτά τε οὖν πάντα πρὸς τὸν Πιττακὸν εἴρηται, καὶ τὰ ἐπιόντα γε τοῦ ᾄσματος ἔτι μᾶλλον δηλοῖ. φησὶ γὰρ, τοὔνεκεν οὔποτ᾽ ἐγὼ τὸ μὴ γενέσθαι δυνατὸν διζήμενος, κενεὰν εἰς ἄπρακτον ἐλπίδα μοῖραν αἰῶνος βαλέω πανάμωμον ἄνθρωπον, εὐρυέδους ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός. ἐπί δ᾽ ὔμμιν εὑρὼν ἀπαγγελέω, φησίν. οὕτω σφόδρα καὶ δι᾽ ὅλου τοῦ ᾄσματος ἐπεξέρχεται τῷ τοῦ Πιττακοῦ ῥήματι· πάντας δ᾽ ἐπαινοῖμι καὶ φιλέω, ἑκὼν ὅστις ἕρδῃ μηδὲν αἰσχρόν· ἀνάγκῃ δ᾽ οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

Καὶ ὀλίγον ὕστερον,

Ταῦτα δὴ καὶ τῷ Πιττακῷ λέγει, ὅτι ἐγὼ, ὦ Πιττακὲ, οὐ διὰ ταῦτά σε ψέγω ὅτι εἰμὶ φιλόψογος· ἐπεὶ ἔμοιγε ἐξαρκεῖ ὃς ἂν μὴ κακὸς ᾖ, μηδ᾽ ἄγαν ἀπάλαμνος. εἰδώς γε ὀνησίπολιν δίκαν ὑγιὴς ἀνήρ.

Et aliquanto post,

Quare summatim poeta huius formam consiliumq; exponendum. Intendit autem prorsus in omnibus his versibus Pittaci dictum refellere. Ait enim paulo post ferme in hunc modum, quod effici virum bonum difficile vere, est tamen tempus quoddam vbi possibile est: factum vero bonū, eo in habitu perseuerare, esseq; bonum, vt tu quidem Pittace contendis, impossibile est, neq; humanum, sed solus hoc Deus munere fungitur. hominem vero ita bonum manere ne rursus labatur, impossibile est, quem sors inopina abripiat. *Et aliquanto post,*

Hac itaq; omnia aduersus Pittacum sunt dicta: quod & sequentia clarius declarāt. ait enim, Hac de causa nunquam ego quod fieri nequit, frustra quærens, sine reprehensione perpetuo victurū bonum, eorum q fructibus terræ vescuntur, quemquam sperem, Deinde vobis quæ comperta mihi sunt prædico. *Adeo vehementer totoq; carmine Pittaci dictum infestat.* vnumquemque vero laudo amoque, sponte qui turpe nil patrat: necessitati vero neque dii quidem ipsi pugnant.

Et paulo post,

Hac igitur ad Pittacum dicit, Ego quidem, ô Pittace, non te ob id carpo quod natura detrahere gaudeam: cui satisfacit & ille quisquis mal⁹ nō est, nimiumq; ignauus. Sciens quidem iuuabit ciui-

ciuitatē iustā vir sanus. Neq; tamen ipse detraham: neq; .n. detractione gaudeo. Stultorū nāq; est infinita gens: vt si quis eos vituperare pergat, necessario defatigetur. honesta porro sunt omnia quibus turpia non sunt mixta.

APVD ARISTOTELEM de hist anim lib 5.

Gaza sic interpretatur.

Alcyon aūt circa brumā parere solita est. quamobrē quoties bruma serena existit dies Alcyonei appellātur, septē ante brumā, & septē a bruma, vt Simonides quoq; suo carmine tradidit, Vt quū p mensem hybernū Iupiter bis septē molitur dies teporis, clemētiā hāc tēporis, nutricē sacram variæ & pictæ Alcyonis mortales dixêre.

Apud eundem Rhet. lib. 3.

Simonides item, dum is qui victoriā adeptus erat mulabus, exiguā ei mercedē offerret, recusabat carmē scribere, tanq̄ grauaretur de mulab⁹ versus cōponere: at postq̄ sufficientem prabuit, composuit, Saluete procellipedum filiæ equorum.

APVD PHILOSTRATVM, De vita Apollonii Tyanei, lib. 1.

Memoriam, quum centesimum annum attigisset, firmiorem habebat quam Simonides, & hymnus ab eo de Mnemosyne canebatur, in quo omnia dicit tempore marcescere: ipsum vero tempus senii expers & immortale per Mnemosynen esse.

SIMO

αὐήρ. οὐ μὴν ἐγὼ μωμήσομαι· οὐ γάρ εἰμι φιλόμωμος. τῶν γὰρ ἠλιθίων ἄπειρα γενέθλα· ὥς εἴ τις χαίρει ψέγων, ἐμπλησθείη αὐ ἐκείνους μεμφόμενος· πάντα τοι καλὰ τοῖσί τ' αἰσχρὰ μὴ μέμικται.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΡΙΣΤΟΤΕλει, ἐν τῷ τέλει τῆς ε' περὶ ζώων ἱστορίας.

Ἡ δὲ Ἀλκυὼν τίκτει περὶ τροπὰς χειμερινάς. διὸ καὶ καλοῦνται, ὅταν εὐδιειναὶ γένωνται αἱ τροπαὶ, ἀλκυόνειοι ἡμέραι, ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν, ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπάς. καθάπερ καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν, Ὡς ὁπόταν χειμέριον κατὰ μῆνα πινύσκῃ Ζεὺς ἤματα τεσσαρακαίδεκα, λανθάνεμόν τε μιν ὥραν καλέουσιν ἐπιχθόνιοι ἱερὰν παιδοτρόφον ποικίλας Ἀλκυόνος.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, Ῥητορ. γ.

Καὶ ὁ Σιμωνίδης, ὅτε μὲν ἐδίδου μισθὸν ὀλίγον αὐτῷ ὁ νικήσας τοῖς ὀρεῦσιν, οὐκ ἤθελε ποιεῖν, ὡς δυσχεραίνων εἰς ἡμιόνους ποιεῖν· ἐπεὶ δ' ἱκανὸν ἔδωκεν, ἐποίησε, Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΩι, εἰς τὸν Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως βίον, βιβλίῳ α'.

Τό τοι μνημονικὸν ἑκατοντούτης γενόμενος καὶ ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην ἔρρωτο, καὶ ὕμνος αὐτῷ τις εἰς τὴν Μνημοσύνην ᾔδετο, ἐν ᾧ πάντα μὲν ὑπὸ τοῦ χρόνου μαραίνεσθαί φησιν, αὐτόν γε μὴν τὸν χρόνον ἀγήρω τε καὶ ἀθάνατον παρὰ τῆς Μνημοσύνης εἶναι.

ΣΙΜΩ-

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ ἴαμβοι.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΣΤΟΒΑΙΩι, ἐν τῷ ψόγῳ τῶν γυναικῶν.

Χωρὶς γυναικὸς θεὸς ἐποίησεν νόον
Τὰ πρῶτα, τὴν μὲν, ἐξ ὑὸς τανύτριχος,
Τῇ πάντ' ἀν' οἶκον βορβόρῳ πεφυρμένα
Ἄκοσμα κεῖται, καὶ κυλινδεῖται χαμαί.
Αὐτὴ δ' ἄλουτος τ' ἄπλυτος τ' ἐν εἵμασιν,
Ἐν κοπρίῃσιν ἡμένη πιαίνεται.
Τὴν δ' ἐξ ἀλιτρῆς θεὸς ἔθηκ' ἀλώπεκος
Γυναῖκα πάντων ἴδριν. οὐδέ μιν κακῶν
Λέληθεν οὐδὲν, οὐδὲ τῶν ἀμεινόνων.
Τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστὶ πολλάκις κακὸν,
Τὸ δ' ἐσθλόν· ὀργὴν δ' ἄλλοτ' ἀλλοίην ἔχει.
Τὴν δ' ἐκ κυνὸς λιτοργὸν αὐτομήτορα,
Ἡ πάντ' ἀκοῦσαι, πάντα δ' εἰδέναι θέλει,
Πάντῃ δὲ παπταίνουσα καὶ πλανωμένη
Λέληκεν, ἢν καὶ μηδέν' ἀνθρώπων ὁρᾷ.

Παν-

SIMONIDIS iambi.

APVD STOBÆVM, IN tractatu de vituperio mulierum.

Georgio Buch. Scoto interprete.

PRimum ſcorſum a fœmina mentem Deus
Creauit: illam ex hiſpida ſetis ſue,
Cui cuncta cœno fœda ſordido, domi
Humi ſuppellex turpiter prouoluitur.
Illota & ipſa veſte turpis ſqualida
Pingueſcit alto deſidens in ſtercore.
Aliam e ſceleſta vulpe formauit Deus,
Quę cũcta nouit, nec boni quicquam aut mali
Ignorat. hoc in genere plurimum boni
Ineſt, malique plurimum: ac ſæpe temere
Modo huc, modo illuc flectit immobilis.
Alia parentem moribus refert canem,
Maledicta, cuncta audire, cuncta cernere
Intenta, & acri cuncta figens lumine,
Paſſim errat: & ſi neminem conſpexerit

Obla-

Oblatrat. hâc vir nec minis compescere
Querat, nec ira túrgidus si excusserit
Ei silice dentes: nec suaúi blandiens
Sermone, nec si sedeat inter hospites:
Sed pertinaci iurgio incassum furit.
Hanc fabricarunt terream dii, inutile
Onus marito, nec boni quicquã aut mali
Quæ norit: vnum id docta tantum, gnauiter
Comesse: & algens bruma quum induxit niues
Horrens, sedile propius ad focum admouet.
Nunc animum ad illam verte quæ nata est mari.
Modo læta totum gaudet ac ridet diem,
Vt hospes illam laudet intuens domi,
Nullamque iuret fœminam vsquam gentium
Bonis honestisque hac priorem moribus.
Aliâs nec vlli facilis aspici, neque
Patiens adiri propius, indomitum furit,
Ceu fœta catulis accubans teneris canis,
Insuauis, aspra, tristis, ex æquo hostibus
Eadem atque amicis: instar instabilis freti,

Quod

Παύσει δ' ἄν μιν οὔτ' ἀπειλήσας ἀνήρ,
Οὐδ' εἰ χολωθεὶς ἐξαράξειεν λίθῳ
Ὀδόντας, οὐδ' ἂν μειλίχως μυθεύμενος,
Οὐδ' εἰ παρὰ ξείνοισιν ἡμένη τύχῃ·
Ἀλλ' ἐμπέδως ἄπρηκτον αὑονὴν ἔχει.
Τὴν δὲ πλάσαντες γηΐνην Ὀλύμπιοι
Ἔδωκαν ἀνδρὶ πονηρόν. οὔτε γὰρ κακὸν
Οὔτ' ἐσθλὸν οὐδὲν οἶδε τοιαύτη γυνή.
Ἔργων δὲ μοῦνον ἐσθίειν ἐπίσταται·
Χ' ὅταν κακὸν χειμῶνα ποιήσῃ θεός,
Ῥιγῶσα δίφρον ἄσσον ἕλκεται πυρός.
Τὴν δ' ἐκ θαλάσσης ἣ δύ' ἐν φρεσὶν γ' ἤδη νοεῖ.
Τὴν μὲν γελᾷ τε καὶ γέγηθεν ἡμέρην,
Ἐπαινέσει μὲν ξεῖνος ἐν δόμοις ἰδών,
Οὐκ ἔστιν ἄλλη τῆσδε λωΐων γυνὴ
Ἐν πᾶσιν ἀνθρώποισιν, οὐδὲ καλλίων.
Ἡ δ' οὐκ ἀνεκτὸς οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν,
Οὔτ' ἄσσον ἐλθεῖν, ἀλλὰ μαίνεται τότε
Ἄπλητον, ὥσπερ ἀμφὶ τέκνοισιν κύων·
Ἀμείλιχος δὲ πᾶσι κἀποθυμίη

Ἐχθροῖ

Ἐχθροῖσιν ἴσαι καὶ φίλοισι γίγνεται.
Ὥσπερ θάλασσα, πολλάκις μὲν ἀτρεμὴς
Ἕστηκ' ἀπήμων, χάρμα ναύτησιν μέγα
Θέρεος ἐν ὥρῃ, πολλάκις δὲ μαίνεται
Βαρυκτύποισι κύμασιν φορευμένη·
Ταύτῃ μάλιστ' ἔοικε τοιαύτη γυνὴ
Ὀργήν· φυὴν δὲ πόντος ἀλλοίην ἔχει.
Τὴν δ' ἔκ τε σποδιῆς καὶ παλιντριβέος ὄνου,
Ἣ σύν τ' ἀνάγκῃ σύν τ' ἐνιπῇσιν μόγις
Ἔρξε γοῦν ἅπαντα καὶ πονήσατο.
Ἀρεστά. τόφρα δ' ἐσθίει μὲν ἐν μυχῷ
Προνὺξ, προῆμαρ, ἐσθίει δ' ἐπ' ἐσχάρῃ·
Ὁμῶς δὲ καὶ πρὸς ἔργον ἀφροδίσιον
Ἐλθόντ' ἑταῖρον ὁντινοῦν ἐδέξατο.
Τὴν δ' ἐκ γαλῆς, δύστηνον οἰζυρὸν γένος.
Κείνῃ γὰρ οὔ τι καλὸν οὐδ' ἐφίμερον
Πρόσεστιν, οὐδὲ τερπνὸν. οὐδ' ἐράσμιον·
Εὐνῆς δ' ἀδηνῆς ἐστιν ἀφροδισίης,
Τὸν δ' ἄνδρα τὸν παρόντα ναυσίῃ διδοῖ.
Κλέπτουσα δ' ἔρδει πολλὰ γείτονας κακὰ,
Ἄθυστα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει.

Τὴν

Quod nunc per æstum leniter stratum iacet
Fluctu quieto, & gaudium nautis parit:
Plerumque vasto sæuiens cum murmure
Attollit vndas. illius plane refert
Quæ nata ponto fœmina est imaginem,
Ingenio, & ira, ceu fretum, mutabili.
E cinere & asina exercita molestiis
Effìcta, tandem vix coacta vi & minis
In officio erit desidens in angulo
Noctem diemque se cibis ingurgitat,
Ad veneris autem furta amicùm quemlibet
Aduentantem suscipit promiscue.
Mustela genuit aliud infelix genus,
Miserumque, formæ nulla cui sit gratia,
Nil suaue, nulla illecebra, nil amabile,
Inane amoris atque mansuetudinis,
Et coniugalis negligens tori. viro
Præsente acerbo nauseat fastidio:
Furtisque multis noxia est viciniæ,
Necdum immolatis vescitur etiam sacris.

Aliam

Aliam equa molli, genuit exultans iuba.
Fugitans laboris & operum hæc seruilium est:
Nec admouebit aut molæ manum, aut cribrum
Tollet, domo nec efferet sordes, neque
Furno assidebit, verita ne fuligĩe
Contaminetur. se coacta cõiugi
Simulat amicam: bis quotidie, interim
Ter abluit se. & spargit vnguentis, comam
Densam per humeros fusa, flore verticem
Vmbrata, pulchrum cæteris spectaculum,
Miserum marito: ni tyrannus quispiam
Sit, rexve, gaudens apparatu huiusmodi.
Hæc a parente simia est: qua Iuppiter
Non tribuit homini pestilentius malum.
Huic singularis oris est deformitas:
Gradiens per vrbem risui est passim omnibus
Ceruice circum vix caput flectit breui,
Depygis, arens osseis crurum artubus.
O tale monstrum quisquis amplexu fouet,
Miserum maritum. callet instar simiæ
Mentesque moresque omnium: nec soluere

Risu

Τὴν δ' ἵππος ἁβρὴ χαιτέεσσ' ἐγείνατο,
Ἣ δούλι' ἔργα καὶ δύην περιτρέπει,
Κοὔτ' ἂν μύλης ψαύσειεν, οὔτε κόσκινον
Ἄρσειεν, οὔτε κόπρον ἐξ οἴκου βάλοι.
Οὔτε πρὸς ἰπνὸν ἀσβόλην ἀλευμένη
Ἵζοιτ'. ἀνάγκῃ δ' ἄνδρα ποιεῖται φίλον.
Λοῦται δὲ πάσης ἡμέρης ἀπὸ ῥύπον
Δὶς, ἄλλοτε τρὶς· καὶ μύροις ἀλείφεται.
Ἀεὶ δὲ χαίτην ἐκτενισμένην φορεῖ
Βαθεῖαν, ἀνθέμοισιν ἐσκιασμένην.
Καλὸν μὲν οὖν θέαμα τοιαύτη γυνὴ
Ἄλλοισι, τῷ δ' ἔχοντι γίγνεται κακόν:
Ἢν μή τις ἢ τύραννος ἢ σκηπτοῦχος ᾖ.
Ὅστις τοιούτοις θυμὸν ἀγλαΐζεται.
Τὴν δ' ἐκ πιθήκου· τοῦτο δὴ διακριδὸν
Ζεὺς ἀνδράσιν μέγιστον ὤπασεν κακόν.
Αἴσχιστα μὲν πρόσωπα· τοιαύτη γυνὴ
Εἶσιν δι' ἄστεος πᾶσιν ἀνθρώποις γέλως.
Ἐπ' αὐχένα βραχεῖα κινεῖται μόγις,
Ἄπυγος, αὐτόκωλος. ἆ τάλας ἀνὴρ
Ὅστις κακὸν τοιοῦτον ἀγκαλίζεται.
Δήνεα δὲ πάντα καὶ τρόπους ἐπίσταται,
Ὥσπερ πίθηκος· οὐδέ οἱ γέλως μέλει,

Οὐδ' ἂν τιν' ἂν ἔρξειεν· ἀλλὰ τοῦθ' ὁρᾷ,
Καὶ τοῦτο πᾶσαν ἡμέρην βουλεύεται.
Ὅκως τι χ' ὡς μέγιστον ἔρξειεν κακόν.
Τὴν δ' ἐκ μελίσσης, τήν τις εὐτυχεῖ λαβών.
Κείνη γὰρ οἴη μῶμος οὐ προσιζάνει.
Θάλλει δ' ὑπ' αὐτῆς κἀπαέξεται βίος.
Φίλη δὲ σὺν φιλεῦντι γηράσκει πόσει,
Τεκοῦσα καλὸν κ' οὐνομάκλυτον γένος.
Κἀριπρεπὴς μὲν ἐν γυναιξὶ γίνεται
Πάσῃσι, θείη δ' ἀμφιδέδρομεν χάρις
Οὐδ' ἐν γυναιξὶν ἥδεται καθημένη,
Ὅκου λέγουσιν ἀφροδισίους λόγους.
Τοίας γυναῖκας ἀνδράσιν χαρίζεται
Ζεὺς τὰς ἀρίστας καὶ πολυφραδεστάτας.
Τὰ δ' ἄλλα φῦλα ταῦτα μηχανῇ Διὸς
Ἔστιν τε πάντα καὶ παρ' ἀνδράσιν μένει.
Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησεν κακόν.
Γυναῖκας· ἦν τι καὶ δοκῶσιν ὠφελεῖν,
Ἔχοντι τῷ μάλιστα γίνεται κακόν.
Οὐ γάρ κοτ' εὔφρων ἡμέρην διέρχεται
Ἅπασαν ὅστις σὺν γυναικὶ πέλεται.

Οὐδ'

Risu ora curat, nec studet quicquam boni
Facere: sed vnum id cogitat totum diem
Secumque versat, arte qua tandem scelus
Designet aliquod maxime nefarium.
Ex ape creatæ coniugis felix vir est,
Quæ sola nulli crimini est obnoxia,
Vitamque longam & floridam facit viro,
Charoq; chara consenescit coniugi,
Fœcundæ pulchræ & splendidæ propaginis.
Interque cunctas fœminas spectabilem
Decore circum gratia ambit vndique
Diuina: segnes nec frequentat circulos
Vbi de venereis fabulantur fœminæ.
Tales mulieres Iuppiter longe optimas
Et singulari præditas prudentia
Præbet benignus & fauens mortalibus.
At reliqua genera callido Iouis dolo
Creata cuncta sunt, & apud homines manent.
Has nempe pestem Iuppiter grauissimam
Produxit, etiam vt ferre siquid commodi
Videantur, ipsum id sit marito incommodum.

Nec

Nec integrum vnquam transiget lætus diem
Qui cum muliere degit vna: nec famem
Diram a familia contubernalem, deumque
Hostem repellet facile. quum vir maxime
Animo videtur lætus, aut fato deûm,
Aut hominis ergô, tum reperta criminis
Occasione comparat se prælio.
Nam sicubi ædes vxor vllas incolit,
Nunquam hospes hilare poterit illic excipi.
Quod si qua frugi existimetur maxime,
Longe supra omnes illa damnosissima est,
Nempe oscitante coniuge: at vicinia
Lætatur errore eius. & nuptam ad suam
Animum retorquens quisque laudat propriam,
Culpat alienam coniugem cum cæteris
Nec esse parili sorte nos cognoscimus.
Nam maximum istud Iuppiter genuit malum,
Vinclumque nodo strinxit insolubili,
Vnde explicauit Pluto morte plurimos
Mulieris ergo conserentes dexteras.

Οὐδ᾽ αἶψα λιμὸν οἰκίης ἀπώσεται,
Ἐχθρὸν συνοικητῆρα, δυσμενέα θεῶν.
Ἀνὴρ δ᾽ ὅταν μάλιστα θυμηδεῖν δοκῇ
Κατ᾽ οἶκον, ἢ θεοῦ μοῖραν ἢ ἀνθρώπου χάριν,
Εὑροῦσα μῶμον ἐς μάχην κορύσσεται.
Ὅκου γυνὴ γάρ ἐστιν, οὐδ᾽ ἐς οἰκίαν
Ξεῖνον μολόντα προφρόνως δεχίατο.
Ἥτις δέ τοι μάλιστα σωφρονεῖν δοκεῖ,
Αὕτη μέγιστα τυγχάνει λωβωμένη·
Κεχηνότος γὰρ ἀνδρός. οἱ δὲ γείτονες
Χαίρουσ᾽ ὁρῶντες καὶ τὸν ὡς ἁμαρτάνει.
Τὴν ἣν δ᾽ ἕκαστος αἰνέσει μεμνημένος
Γυναῖκα, τὴν δὲ θατέρου μωμήσεται.
Ἴσην δ᾽ ἔχοντες μοῖραν οὐ γινώσκομεν.
Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ᾽ ἐποίησεν κακόν,
Καὶ δεσμὸν ἀμφέθηκεν ἄρρηκτον πέδην,
Ἐξ οὗ τε τοὺς μὲν Ἀΐδης ἐδέξατο,
Γυναικὸς εἵνεκ᾽ ἀμφιδηριωμένους.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου, ὅτι βραχὺς καὶ ἀτελὴς καὶ φρ.

Ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος
Πάντων ὅσ' ἐστὶ, καὶ τίθησ' ὅπη θέλει·
Νόος δ' ἐπ' ἀνθρώποισιν οὐκ ἐφημέροις
Ἔστ', ἀλλ' ἐφημέριοι βροτοὶ δὴ ζώομεν,
Ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσῃ θεός.
Ἐλπὶς δὲ πάντας κἀλλίστη θεΐν τρέφει,
Ἄπρηκτον ὁρμαίνοντας. οἱ μὲν ἡμέρην
Μένουσιν ἐλθεῖν, οἱ δ' ἐτέων περιτροπάς.
Νέωτα δ' οὐδεὶς ὅστις οὐ δοκεῖ βροτῶν
Πλούτῳ τε κἀγαθοῖσιν ἵξεσθαι φίλον.
Φθάνει δὲ τὸν μὲν γῆρας ἄζηλον λαβὸν,
Πρὶν τέρμ' ἵκηται· τοὺς δὲ δύστηνοι νόσοι
Φθείρουσι θνητῶν· τοὺς δ' ἄρει δεδμημένους
Πέμπει μελαίνης ἀΐδης ὑπὸ χθονός.
Οἱ δ' ἐν θαλάσσῃ λαίλαπι κλονεύμενοι
Καὶ κύμασιν πολλοῖσι πορφυρῆς ἁλὸς,
Θνήσκουσιν, εὖτ' ἂν μὴ δυνήσωνται ζώειν.
Οἱ δ' ἀγχόνην ἅψαντο δυστήνῳ μόρῳ,
Κ' αὐτάγρετοι λείπουσιν ἡλίου φάος.

Οὕτω

Apud eundem, in tractatu de breuitate vita. G. B.

Penes tonantem est exitus rerũ Iouem,
Fili, arbitratu cuncta qui gerit suo.
At mens hominibus nulla momentaneis
Est, in diemque viuitur mortalibus,
Prout quidque numen singulis finiuerit.
Diuina blandis interim spes somniis
Fouet vniuersos vana voluentes. diem
Expectat iste crastinum, ille plurimas
Messes: nec vllus non sibi mortalium
Promittit hilaremque & opulentum proximum
Annum. sed alium tristis ante terminum
Mors occupauit: morbus alium lugubris
Extinguit: alios Martio in certamine
Domitos nigrantes Pluto mittit ad domos:
Aliis procellis æstuantis æquoris
Iactans supremum claudit vnda spiritum,
Quos vita curis tristis exercet malis.
Hi lacrymosa ad fata reste nexili
Solis relinquunt sponte lumen. sic mali

Immu-

Immune nihil est, mille sed mortalibus
Parcæ minantur, ac inexplicabilis
Dolor & calamitas. si enim tribuant fidem,
Se nullus vltro cruciet indulgens malis,
Animum tenaci nec dolore exerceat.

Apud eundem in Consolatoriis. G B.

De luce cassis cor memoriam non supra
Vnum tenebit, si cor habeamus, diem.

Apud eundem, de incertitudine felicitatis humanæ. G B.

Nec vllus expers criminis nec mortis est.

APVD CLEMENTEM Alexandrinum, Strom. lib. 6. G. B.

Muliere nulla res viro præstantior
Bona euenire, nil mala peius potest.

APVD GALENVM, IN lib. 6. Epid. com. 2. & in lib. De artic. com. 1.

Henrico Stephano interprete.

Haud vllus vnquam saltuosis montibus
Adeo leonem exhorruit, vel pardalin,
Cui solus arcta in semita sit obuiam.

APVD ARISTOTELEM Rhetor 1. & apud Plutarchum in vita Dionis. H. ST.

Corinthiis succenset Ilium nihil.

APVD

Οὕτω κακῶν ἄπ' οὐδὲν, ἀλλὰ μυρίαι
Βροτοῖσι κῆρες, κἀνεπίφραστοι δύαι,
Καὶ πήματ' ἐστίν. εἰ δὲ μοι πιθοίατο,
Οὐκ ἂν κακῶν ἐρῷμεν, οὐδ' ἐν ἄλγεσι
Κακοῖς ἔχοντες θυμὸν αἰκιζοίμεθα.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ. ἐν τοῖς παρηγορικοῖς.

Τοῦ μὲν θανόντος οὐκ ἂν ἐνθυμοίμεθα,
Εἴ τι φρονοῖμεν, πλεῖον ἡμέρας μιᾶς.

Παρὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ Ὅτι ἀβέβαιος ἡ τῶν ἀνθρώπων εὐπραξία.

Πάμπαν δ' ἄμωμος οὔτις οὔτ' ἀκήριος.

ΠΑΡΑ ΚΛΗΜΕΝΤΙ ΤΩι Ἀλεξανδρεῖ. Στρωμ. ς.

Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ ληΐζεται
Ἐσθλῆς ἄμεινον, οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΓΑΛΗΝΩι εἰς τὸ ς τῶν Ἐπιδ. ὑπόμν. β, καὶ εἰς τὸ Περὶ ἄρθρων ὑπόμν. α.

Οὔπω τις οὕτω δασκίοις ἐν οὔρεσιν
Ἀνὴρ λέοντ' ἔδεισεν, οὐδὲ πάρδαλιν,
Μοῦνος στενυγρῇ συντυχὼν ἐν ἀτραπῷ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕι ῥήτορ. α. καὶ παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ ἐν τῷ τοῦ Δίωνος βίῳ.

Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι, Δειπνοσοφ. ι.

Ἔδωκεν οὐδεὶς οὐδ' ἀρυστῆρα τρυγός.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, Δειπν. ιδ.

--πολλὰ μὲν δὴ

Προεκπονῆ Τηλέμβροτε χαίρων,

Ἐνταῦθα μέν τοι τυρὸς ἐξ Ἀχαΐας

Τρομίλιος, θαυμαστὸς ὃν κατήγαγον.

APVD ATHENÆVM, Dipnosf. lib. 10. H. ST.

Sextarium dat nemo ne fæcis quidem.

Apud eundem, Dipn. lib. 14. H. ST.

--multum quidem

Præelaboras scriptitans Telembrote.

Caseus at hîc est ex Achaia tamen

Tromilius mirandus adductus mihi.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ ἑξάμετρα καὶ πεντάμετρα ἔπη.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΡΙΣΤΕΙΔΗι, ἐν τῷ περὶ τοῦ παραφθέγματος.

Μνήμῃ δ' οὔ τινά φημι Σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν,

Ὀγδωκονταέτει, παιδὶ Λεωπρέπεος:

ΠΑΡΑ ΤΩι ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΙ.

Ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ' ἡνίκ' Ἀριστογείτων Ἵππαρχον κτεῖνε καὶ Ἁρμόδιος.

Παρὰ τῷ αὐτῷ.

Ἴσθμια, δὶς Νέμεα, δὶς Ὀλύμπια ἐστεφανώθην,

Οὐ πλάτει νικῶν σώματος, ἀλλὰ τέχνα,

Ἀριστόδαμος Θράσυος Ἀλεῖος πάλα.

SIMONIDIS hexametri & pentametri versus.

ΕΚάλουν δὲ καὶ οἷς περιεδέοντο τὸν τράχηλον στεφάνους, ὑποθυμιάδας, ὡς Ἀλκαῖος ἐν τούτοις,
Ἀλλὰ ἀνήτω μὲν περὶ ταῖς δέραις περθέτω πλέκτας αὖτα παλαιάνδρας καὶ Ἀνακρέων, Πλέκτας δ' ὑποθυμιάδας περὶ στήθεσι λωτίνας ἔθεντο.

Παρὰ τῷ αὐτῷ αὐτόθι.

Ἐν τούτοις Σαρδιανὸν κόσμον ἀνείρηκε [ὁ Ἀχαιὸς] τὸ μύρον ἐπεὶ διαβεβόηνται ἐπὶ ἡδυπαθείᾳ οἱ Λυδοί.

καὶ τὸ παρ' Ἀνακρέοντι λυδοπαθὴς ἀκούουσιν ἐπὶ τοῦ ἡδυπαθής.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΜΜΩΝΙΩι, ἐν τῷ περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων.

Ἐπιβόητος δὲ ὁ μοχθηρὰν ἔχων φήμην. Ἀνακρέων ἐν τῷ β'. Καί μ' ἐπιβόητον κατὰ γείτονας ποιήσεις: τοῦτον δ' ἔνιοι τῶν ποιητῶν ἐπίσφατον καλοῦσι.

ΠΑΡΑ ΜΑΞΙΜΩι ΤΩι Τυρίῳ, λόγῳ. η.

Ἡ δὲ τοῦ Τηΐου σοφιστοῦ τέχνη τοῦ αὐτοῦ ἤθους καὶ τρόπου. καὶ γὰρ πάντων ἐρᾷ τῶν καλῶν, καὶ ἐπαινεῖ πάντας. μεστὰ δὲ αὐτοῦ τὰ ᾄσματα τῆς Σμέρδιος κόμης, καὶ τῶν Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν καὶ τῆς Βαθύλλου ὥρας. ἀλλὰ κἀν τούτοις τὴν σωφροσύνην ὁρᾷ. ἔραμαί τοι συνηβᾶν, φησί. χαρίεν γὰρ ἔχεις ἦθος, καὶ αὖθις, καλὸν εἶναι τῷ ἔρωτι τὰ δίκαια, φησί. ἤδη δέ που καὶ τὴν τέχνην ἀπεκαλύψατο. ἐμὲ γὰρ λόγων εἵνεκα παῖδες ἂν φιλοῖεν. χαρίεντα μὲν γὰρ ᾄδω, χαρίεντα δ' οἶδα λέξαι. τοῦτο καὶ περὶ Σωκράτους Ἀλκιβιάδης ἔλεγεν, εἰκάζων αὐτοῦ τὴν χάριν τοῖς Ὀλύμπου καὶ Μαρσύου αὐλήμασι. τίς ἂν οἱ θεοὶ μέμψαιτο ἐραστὴν τοιοῦτον πλὴν Τιμάρχου;

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ εἰς τὸν Ὅμηρον.

Νεβρὸς δὲ, οὐ τελεία ἔλαφος, ἀλλ' ὁ νεωστὶ βορὰν δεχόμενος. διὸ πρὸς διασάφησιν περιφράσας ἐπήγαγε, Τέκος ἐλάφοιο ταχείης, τουτέστιν, ἧ τάχος ἐξαίρετον ἡ φύσις ἐφιλοτιμήσατο εἰς ἀποφυγὴν τῶν ἐπιβούλων. φέρεται δὲ καὶ Ἀνακρέοντος χρῆσις αὕτη, Οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνόν.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ, αὐτόθεν.

Φέρουσι δὲ εἰς ὁμοιότητα καὶ Ἀνακρέοντος τὸ, Κὰδ δὲ λοπὸς ἐχίθη, ἀντὶ τοῦ κατεχέθη τὸ ἱμάτιον.

Ἐκ τῶν τοῦ αὐτοῦ, εἰς Ὀδυσσ. ν.

Ἐκ τοῦ κνῶ καὶ τὸ κνίζω, ἤγουν ἐξέσθαι πολλῆς καὶ ἰσχυρῶς καταξύειν. ἀφ' οὗ περ οὐ μόνον ἡ κνῖζα, ὡς καὶ αὐτὸ ἐν ἄλλοις κεῖται, ἀλλὰ καὶ ἡ κνίζα, ὡς ῥίζω ῥίζα, Ἀνακρέων, Κνίζη τις ἤδη καὶ πέπειρα γίνομαι σὴν διὰ μαργοσύνην

Παρὰ τῷ αὐτῷ, εἰς Ὀδυσσ. φ.

Ἐν δὲ τῷ, Μύθου ἐπιχαρτέον, οἱ παλαιοὶ μῦθον μὲν ἐνταῦθα ἰδίως τὴν στάσιν λέγουσιν. ἐπεὶ καὶ Ἀνακρέων τοὺς ἐν Σάμῳ θέλων εἰπεῖν στασιαστὰς, Μυθιηταὶ δ' ἐν νήσῳ, φησὶ, διέπουσιν ἱερὸν ἄστυ. αὐτὶ τοῦ στασιασταὶ ἐπίρρητοι.

ΠΑΡΑ ΤΙΝΙ ΑΝΩΝΥΜΩι.

Ἐγὼ δέ τι τοῦ Ἀνακρέοντος μούσης ὡς ἐν κατεπωαστικοῦ μοίρᾳ ὑποτραγῳδήσω τῇ ἑορτῇ καὶ ἄγω ἔλεγα,

Θεάων ἄνασσα Κύπρι,
ἵμερε κρατοῦς χθονίων
γάμε βιότοιο φύλαξ,
ὑμέας λόγοις λιγαίνω,
ὑμέας στίχοις κυδαίνω,
ἱμερὸν γάμον Παφίης.
δέρκεο τὴν νεανιν, δέρκεο κυδρί'
ἔχεο μή σε φύγῃ πέρδικος ἄχευ
Στρατόκλεις φίλος Κυθήρης,
Στρατόκλεις ἀνὴρ Μυρίλλης.
ἴδε τὴν φίλην γυναῖκα·
κομάει, πέταλα, λάμπει

ῥόδι

ῥόδον αὐθίων ἀνάσσει,
ῥόδον ἐν κόραις Μυρίλλα.
ἥλιος τὰ στήθη δήμια φαίνει,
κυπάριττος πεφύκοι σου ἐν κήπῳ.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΘΗΝΑΙΩι, Δειπνοσοφ. βιβ. ιε.

Ἀππίων ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου φησὶ τὸν στέφανον πάλαι κορωνὸν καλούμενον. ἀπὸ τοῦ τοὺς χορευτὰς ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῷ χρῆσθαι. αὐτούς τε περικειμένους καὶ ἐπὶ τὸν στέφανον ἀγωνιζομένους· καθὼς ἐν τοῖς Σιμωνίδου ἰδεῖν ἐστιν, οὕτω καλουμένου, Φοῖβος ἐπεύχηται Τυνδαρίδησιν ἀοίδησιν, ἄμετροι τέττιγες ἐμέμψαντο κορωνῷ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, αὐτόθι.

Αἰσχύλος δ' ἀμυμώνῃ αὐτὰ διαστέλλων φησὶ, Κἀγὼ γε τὰς σὰς βακχάρεις τε καὶ μύρον. καὶ Σιμωνίδης,

Κ' ἠλειφόμην μύροισι καὶ θυώμασι καὶ βακχάρει.

Ἐκ τοῦ Εὐσταθίου εἰς Ὅμηρον.

Ἐπίχαρμος δὲ, φασὶν, καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ ι λέγει ὤιον ὁμοίως τῷ Ἰβύκῳ, ἐν τῷ, ὤια χηνός. καὶ Σιμωνίδης ἐν τῷ, Οἷόν τε χλωρὸς ὤιον Μαιανδρίου.

ΠΑΡΑ ΠΛΑΤΩΝΙ πολιτ. α.

Λέγε δὴ, εἶπον ἐγὼ, σὺ ὁ τοῦ λόγου κληρονόμος, τί φὴς τὸν Σιμωνίδην λέγοντα, ὀρθῶς λέγειν περὶ δικαιοσύνης; Ὅτι, ἦ δ' ὅς, τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι δίκαιόν ἐστι.

ΠΑΡΑ ΙΩΑΝΝΗ ΤΩι Τζέτζῃ ἱστοριῶν χιλιάδι α.

Τοῦτον [τὸν Ὀρφέα] φασὶ τῇ μουσικῇ θῆρας καὶ λίθους θέλγειν,
Ὡς γράφει που περὶ αὐτοῦ καὶ Σιμωνίδης οὕτω,
Τοῦ καὶ ἀπείρεσιοι ποτῶντ' ὄρνιθες ὑπὲρ κεφαλᾶς·
Ἀνὰ δ' ἰχθύες ὀρθοὶ κυανέου ἐξ ὕδατος ἅλλοντο
Καλᾶ σὺν ἀοιδᾶ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, αὐτόθι.

Οὗτος δ' ὁ παῖς Ὑάγνιδος τὸν Ὄλυμπον διδάσκει.
Ἐρίζων δὲ τοῖς κρείττοσιν, ὡς ἔφην, ἀνῃρέθη.
Τὴν δ' ἔριν ταύτην που φησὶν ἄσματι Σιμωνίδης.
Χρυσοῦ δ' αἰγλήεντα περιστίρμματ' ἀμφιδασείας
Κόρσας, καὶ στόμα λάβρον ὀπισθοδέτοισιν ἱμᾶσιν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ αὐτόθι.

Οὗτος ὁ Κείου Σιμωνίδεω ἐστὶ σωτήρ,
Ὃς καὶ τεθνειὼς ζῶντι παρέσχε χάριν.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, αὐτόθι.

Ἓξ ἐπὶ πεντήκοντα Σιμωνίδη ἤρεο νίκας
Καὶ τρίποδας. θνήσκεις δ' ἐν Σικελῷ πεδίῳ.
Κείῳ δὲ μνήμην λείπεις, Ἕλλησι δ' ἔπαινον,
Εὐξυνέτου ψυχῆς σῆς ἐπιγινομένης.

Alia Simonidis carmina elegiaca vide in anthologia epigrammatum, & alibi.

ΑΛΚΜΑΝΟΣ.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ εἰς Ὅμηρον.

Παρεξιὼν δὲ θελήσας τὸ λήδιον ὁ Δίδυμος, ἀποστερεῖ αὐτὸ καὶ τοῦ κατὰ τὴν παράδοσιν προσγεγραμμένου ι', ἐπεί φησι λῆδος τὸ πρωτότυπον, ὃ Δωριεῖς λᾶδος φασίν. ὡς Ἀλκμὰν, λᾶδος εἱμένα καλόν. ὅ ἐστι, λήδιον ἐνδεδυμένη εὐειδές.

ΑΡΧΙΛΟΧΟΥ.

ΠΑΡΑ ΤΩι ΑΜΜΩΝΙΩι ἐν τῷ περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων.

Ὁ μὲν δὲ αἶνός ἐστι λόγος κατὰ ἀναπόλησιν μυθικὴν ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν, πρὸς ἀνθρώπους εἰρημένος, ὥς φησι Λούκιος Ταῤῥαῖος ἐν τῷ περὶ τῶν παροιμιῶν· οἷον ἀπὸ μὲν ἀλόγων ζώων, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ,

Αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε, ὡς ἄρ' ἀλώπηξ τε κ' αἰετὸς
Ξυνωνίην ἔθεντο. καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ,
Ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον ὦ Κηρυκίδη,
Ἀχνυμένη σκυτάλη·
Πίθηκος ᾔει θηρίων ἀποκριθεὶς
Μοῦνος ἀν' ἐσχατιήν.
Τῷ δ' ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλῆ συνήντετο,
Πυκνὸν ἔχουσα νόον.

ΠΑΡΑ ΙΩΑΝΝΗ ΤΩι Τζέτζῃ ἱστοριῶν χιλιάδι α.

Τήνελλα καλλίνικε χαῖρε ἄναξ Ἡράκλεις,
Αὐτός τε καὶ Ἰόλαος, αἰχμητὰ δύω.


HENRI-





HENRICVS STEPHANVS LECTORI S.

QVum variæ, quibus distineor, occupationes e medio studiorum cursu me reuocassent: nec quod illis eripere tempus poteram, ad seria tractanda satis esset: interim quod dabatur, accipiens, eas Anacreontis Odas, quas iam ante Gallicas feceram, in aliquot amicorum gratiam Latine quoque aggressus sum vertere. Iam vero extrema manu operi imposita, quum eo rem deductam viderem, vt quæ meis intimis dicaueram, cum externis etiam communicanda forent: quo plures huius mei laboris futuri essent particiceps, eo maiorem cautionem & diligentiam adhibendam mihi existimaui. Feci itaque non inuitus, vt quæ vertendo hoc poeta, tanquam aliud agens, obseruaram, ea in commentariolum redigerem: quo tum meæ interpretationis alicubi rationem tibi redderem: tum etiam in locis difficilioribus labore meo tuum aliqua ex parte subleuarem. Vale: si quid nouisti rectius istis, Candidus imperti: si non, his vtere mecum.





HENR. STEPHANI OBSERuationes maiores in Anacreontis carmina.

PAGINA 47. Θέλω λέγειν Ἀτρείδας. In altero exemplarium, nimirum in eo quod in libro, id est cortice, scriptum reperi, primum locum occupat hæc oda: & recte, meo quidem iudicio. Proponit enim in hac versuum suorum argumentum: idque, lepido vtens commento, quo se quodammodo excusare velle videtur. Cui non dissimile illud est a quo primum Amorum librum exorsus est Ouidius, vt enim hic in lyram suam, ita ille in Cupidinem culpam reiicit: vbi ait, Arma graui numero, violentaque bella parabam Edere, &c. Idem in 3. duobus versibus hoc ipsum complexus est, hoc modo, Quum Thebæ, quum Troia foret, quum Cæsaris acta, Ingenium mouit sola Corinna meum. Anacreon quoq; Atridas quum dicit, Troiana bella: quum Cadmum, Thebana intelligit. nam respondent hi duo primi versus illis, Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβας, Ὁ δ' αὖ Φρυγῶν ἀϋτάς.

Χαίρετε λοιπὸν ἡμῖν Ἥρωες. Ouid. Elegia 1. lib. 2. Amorum, quum dixisset, Ausus eram (memini) cælestia dicere bella, &c. ita tandem claudit elegiam, -heroum clara valete Nomina: non apta est gratia vestra mihi.

Λέουσι χάσμ' ὀδόντων. In cortice propemodum fugiebat oculos hoc verbum χάσμα, sed in altero exemplari facile legebatur. Hoc autem vocabulo vtitur & Plutarchus eodem modo, quum ait, Διό τι τῶν θηρίων ἡ ἄρκτος ἥκιστα διαδύει τὰ δίκτυα, καί τοι ἀλώπεκες διαδύουσι. πότερον ἐνδοιάζω τοὺς ὀδόντας ἔχουσα τοῦ χάσματος, ἥκιστα αὐτὸς τὰ λίνα ἐξικνεῖται συρρομπίπλε γὰρ τὰ χείλη μέχρι καὶ μέγεθος. Hiatum appellant etiam Latini. ὀδόντων autem videtur dixisse pro στόματος, quia dente maxime timendus est leo. vnde Alcibiadi quum obiecisset quidam, δάκνεις ὡς αἱ γυναῖκες, ἐμβρυωμῶ, εἶπεν, ἀλλ' ὡς οἱ λέοντες.

Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα. Interpretatus sum φρόνημα, prudentiã: vt idem sit hoc loco quod φρόνησις. nam quis nescit eam viris esse peculiarem, nec in muliebre ingenium cadere eam vim ratiocinandi quæ in viros? non sum tamen interim ignarus φρόνημα etiam animi magnitudinem & ferociam significare. Sed quo-

fum

sum istuc? præsertim quum multæ feræ magnos gerant spiritus: omnium autem maxime leo ipse, qui etiam magnanimus propterea dicitur a poetis. Sed & Phocylides quum enumerasset ea quæ a Deo animantibus ratione carentibus tributa sunt, concludit, λόγος δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι.

Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν. non iam poterat δωρῆσαι φρόνησιν, vel quem iam vni dono datam, alteri donare non posset: vel quod mulierum leui & mobili ingenio non satis hoc munus conueniret. Ego verti ad verbum, vt ambiguum sensum retinerem.

Στρέφεται ὅτ' ἄρκτος ἤδη. Hom. Odyss. 1. de Vlysse loquens,

οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην,
Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Ouid. lib. 1. Trist. Iamque moræ spacium nos præcipitata negabat, Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.

48 κατὰ μοῦ χεῖρας ὀνείρους. Non est ἀνακόλουθος oratio. imitatur enim vulgarem sermonis formam, perinde ac si dicat, Quis pulsat fores? certe tu, quisquis is, intempestiue aduenis. interturbabis enim mea somnia. vt alibi dixit, Τί μου καλῶν ὀνείρων ἀφήρπασας Βάθυλλον. Est autem κατὰ μοῦ χεῖρας, pro καταχεῖρας. vt alibi, ἀνὰ δ' αὖθι λύχνον ἅψας. &, ἀνὰ δ' ἅλλεται καχάζων, pro ἀνακαχάζων. nam tmesi frequenter vtitur.

Βρέφος φέροντα τόξον. Scio dici posse βρέφος φέροντα τόξον, eo modo quo dicitur τέκνον φίλε, vt non vocis, sed significationis ratio habeatur. Verum quia μὲν particulam solet & debet sequi δὲ, lego φέρον δὲ quod enim dicit, est eiusmodi, Fores tandem meas aperui: & puerulum quidem conspicio, (quem ille mihi se esse dixerat) sed huiusmodi, qui arcu & pharetra iunctus esset, alasque gestaret.

Παρὰ δ' ἱστίην καθίσας. Recte ἱστίην Ionice, nec mutari debet.

Τόδε τόξον εἴ μοι νῦν. Si pro εἴ, legamus ὅ τι, interpunctio esse debet post τόξον, non post verbum πειράσωμεν, vt sit, πειράσωμεν τόδε τόξον, ὅ τι μοι νῦν βλάβεται, &c. Alibi tamen sine casu vsus est eodem verbo, vbi ait, ὁ δ' ἔρως, τὸ δ' ἐστὶν, εἶπε, βαρὺ, πειράσας νοήσεις.

Καχάζων. Sic vet. non καγχάζων, quod versus non recipit. nec Latini γ retinent, quum Cachinnor dicunt.

Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα Κόνις ὀστέων λυθέντων. Sic in quodam epigram. οἱ δ' ἀχέροντι Ὀστέα καὶ σποδιὴ παρθένου κεισόμεθα.

49 Ῥόδον ἔαρος μέλημα. Hic noue positus est tribrachys anapæsti loco, ita tamen legere malim quam inuerso ordine, ἔαρος ῥόδον μέλημα. Nam facile adducor vt credam hunc pedem fuisse admissum a poeta, dum captat leporem illum qui est ex eiusdem principii repetitione, qua mirifice gaudet: vt alibi,

Τὸν ἐφόδιον τῶν χορείας, Τὸν ὅλας πόθον μολπὰς,

Τὸν ὁμότροπον ἔρωτι, Τὸν ἐράσμιον Κυθήρης. quibus alios quatuor subiungit, qui & ipsi initium idem habent.

50 Καὶ κισσοῖσι βρέμοντας. Quibusdam legendum videtur κατακίσσοισι vno verbo, id est κισσῷ κεκαλυμμένοις. quorum ego iudicium sequor. sed participium βρέμοντας mihi suspectum est.

Καὶ πηκτίδων ἀθύρων Προχέει. Legitur & mutato ordine, ἀθύρει προχέων.

51 Ἐθέλοντα δὴ φιλῆσαι. Nemini scrupulum hic locus iniiciat. nam constat particulam δὴ ob φ sequens hic produci, quemadmodum & in illo versu, Χ' ὁπόσα φέρουσιν ὧραι. in illo item, Ῥόδα φέρουσιν ὥρην.

Τίς ἐστι, σοὶ μέλει δή. Crediderim ego hic legendum, τί δ' ἐστι σοὶ μέλημα. vt apud Theocritum initio eidylii 44. cum alter dixisset, ὡς χρόνιος, respondet alter, χρόνιος, τί δέ τοι τὸ μέλημα.

Καὶ νῦν οἵας ἐκεῖνα. Suspicor legendum ὁρᾷς, vt sit δεικτικῶς prolatum per parenthesin.

Καὶ δένδρεσι καθίζειν. Potest huiusmodi datiuis addi litera ν, potest & prætermitti. Idem dictum puta de similibus locis vt, ἐν ὕρεσι βοῶντας Item, τί δ' ἄστρασι βοῶσι. & siqui sunt alii. Memini enim me legere apud quendam Grammaticum huiusmodi datiuis non adscribi plerunque ν, ne duriorem efficiat orationem. intelligi tamen potentia, vt illi loquuntur.

Καὶ δεσπότην Ανακρέοντα Πτεροῖσι συσκιάζω. Vide num legendum sit, καὶ δεσπότην ἐμοῖσι Πτεροῖσι συσκιάζω. aut si non ἐμοῖσι, aliquid simile postulet locus. nam accusatiuus hic Ανακρέοντα videtur ex scholio irrepsisse.

52 Τὸ τευχθὲν ἐκπεσοῦμαι. Legitur & τυχθὲν.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες. Palladas hanc Anacreontis odam suam fecit, mutato tantũ genere carminis. extat enim hoc illius epigr.

Γηραλέον με γυναῖκες ἀποσκώπτουσι, λέγουσαι
εἰς τὸ κάτοπτρον ὁρᾶν λείψανον ἡλικίης.
ἀλλ' ἐγὼ εἰ λευκὰς φορέω τρίχας, εἴτε μελαίνας,
οὐκ ἀλέγω, βιότου πρὸς τέλος ἐρχόμενος.
εὐόδμοις δὲ μύροισι καὶ εὐπετάλοις στεφάνοισι,
παύω βρομίῳ παύω φροντίδας ἀργαλέας.

Quod

Quod dixit Anacreon τὰ τερπνὰ παίζειν, latius a Pallada explicatum est, Sed ita tamen vt vim verborum non expresserit. Horatius eodem fere modo dixit, Amori dare ludum. Ouidius hoc vocat Ludere. Ego verti, Vacare amoribus iocisque, secutus quendam ipsius Horatii versum, quem ex Mimnermo transtulit.

Εἴτ' ἐσὶν εἴτ' ἀπῆλθον. Mira est ἀφέλεια τῦ λόγου in hoc poeta. vt hic vides in verbo ἀπῆλθον. In nullum certe melius quam in hunc illud Fabii quadrare possit, Esse in hoc quandam iucunditatem inaffectatam, sed quam nulla affectatio consequi possit. Vnde & Horatius vere de ipso pronunciauit, Qui persæpe caua testudine fleuit amorem Non elaboratum ad pedem. Quotquot ergo dulcedini & suauitati orationis studuerunt, huius tanquam optimi magistri, vestigia ita secuti sunt, vt ne a verbis quidem eius discedere voluerint. Ac ne longe abeam, hoc verbum ἀπῆλθον eo sensu passim apud illos reperies: sed in præsentia mihi ex multis vnus ille locus succurrit,

-ὅτε σου τὸ πρόσωπον ἀπῆλθε Κεῖνο τὸ τ̃ λύγδου βάσκανε λειότερον.

Τί σοι θέλεις ποιήσω, Τί σοι λάλη χελιδών. Agathias Scholasticus hanc odam est in suo epigrammate imitatus, cuius initium est,

Πᾶσαν ἐγὼ τὴν νύκτα κινύρομαι, εὖτε δ' ἐπέλθῃ
ὄρθρος, ἐλινύσαι μικρὰ χαριζόμενος,
ἀμφιπερετρίζουσι χελιδόνες, &c. Nam quod dixit Anacreon, ὑπορθρίαισι φωναῖς, dicit ille, εὖτε δ' ἐπέλθῃ ὄρθρος. & pro, Τί μου καλῶν ὀνείρων Ἀφήρπασας Βάθυλλον, dicit,

Βαιὸν ἵνα κνώσσοιμι· ἴσως δέ τις ἥξει ὄνειρος,
ὅς με ῥοδοπήχεις πήχεσιν ἀμφιβάλοι. Erat autem Ῥοδάνθη eius amica. Hæc obseruatione sunt digna, & vt ipsi discamus caute imitari veteres, & siquid apud illos occurrat, quod in rem nostram sit, ita in vsum nostrum illud vertere, vt non aliunde tamen petitum, sed domi natum videatur.

54 Οὔ μοι μέλει Γύγαο Τοῦ σάρδεων ἄνακτος. Dicitur &, σάρδεις σάρδεων, & σάρδεις σαρδίων, vt in quondam epigrammate, Σάρδεις αἱ τὸ πάλαι Γύγου πόλις. Potes igitur hic legere σαρδίων, si magis tibi probatur: nam vtraque lectio reperitur.

Οὐδ' αἱρεῖ με χρυσός. Legitur & sic, οὐδ' εἷλέ πω με χρυσός.

Λέγης σὺ μὴ δεῖ πίνειν. Legendum videtur aut μηδὲ πίνειν, aut μὴ ᾿πι πίνειν pro μὴ ἔπι. Vt ἢ ᾿πὶ dicitur pro ἢ ἐπί.

Τὸν

Τὸν ἄργυρον τορεύσας. Legitur & τορεύων. nescio autem cur lib. 2. Epigramm. Græcorum coniungatur hæc oda cum superiore, cuius initium est, Οὔ μοι μέλει Γύγεω. Nam in veteribus libris eo est collocata loco quo hic vides: & Gellius seorsum ab altera hanc citat lib. 19. vbi quærit ecquis Latinorum poetarum tam fluentes carminum delitias fecerit.

Ποίει δέ μοι κατ' αὐτό. Legitur &, Καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτό.

Τί πλειάδεσσι κἀμοί, Τί δ' ἀστέρι Βοώτεω. Legitur & sic, Τί πλειάδων μέλει μοι, Τί δ' ἀστέρος Βοώτεω. Sed prior lectio magis mihi placet, quod respondeat superioribus illis, Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί. Quo etiam modo dixit alibi, Μήτε τί μοι φροντίδος, Μηδέν μοι καὶ ὑμῖν ἔστω. sic dixit quidam, Ἐλπὶς καὶ σὺ τύχη μέγα χαίρετε, τὸν λιμέν' εὗρον· Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν. Præterea lib. 2. Epigramm. Græcorum ita clauditur hæc oda, Μὴ συγνὸν ἀέξοντα, Ἀλλ' ἀμπέλους χλοώσας, Καὶ βότρυας γελῶντας, Σὺν τῷ καλῷ Λυαίῳ. sed melior Gellii lectio, quæ consentit cum nostra. Vexata autem fuit olim a nonnullis hæc oda, qui pro Bathyllo profundum interpretati sunt. quum nec vllus sensus ita possit ex hoc loco elici, nec diminutiua hoc modo fiant, a βαθὺς βάθυλλος. sed vt Ἡρακλῆς Ἥρυλλος, Ἀριστοκλῆς Ἀρίστυλλος, sic Βαθυκλῆς Βάθυλλος. Præterea vel ex Horatio notum debuit esse hoc nomen.

Καλὴ τέχνα. legitur & καλλιτέχνα.

55 Ποτὸν ποίει μοι τερπνόν. si iambicum dimetrum catalecticum facere velis, legendum erit, commutato verborum ordine, Τερπνὸν ποίει ποτόν μοι. sed in hac oda vt & in aliis nonnullis, sunt varie mixti versus: ex quibus hi duo sunt dimetri ἀκατάληκτοι, Μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον, &, Συνάπλε κούροις Ἀφροδίτης.

56 Ἡ Ταντάλου ποτ' ἔστη λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις. Non puto poetam aliter scripsisse quam ἔστη, imo etiam voluisse ludere in his duobus ὁμοιοπτώτοις, ἔστη & ἔπτη. Est autem valde proprium ἔστη de saxo. quod natura rigidum est & immobile. Ita dixit Tibullus,

Stare vel insanis cautes obnoxia ventis.

Ἐγὼ δ' ἔσοπτρον εἴην. Extat epigramma Διονυσίου σοφιστοῦ, in quo ludit eodem fere modo quo hic. initium eius est hoc,

Εἴθ' ἄνεμος γενόμην, σὺ δέ γε στείχουσα παρ' αὐγὰς
Στήθεα γυμνώσαις, καί με πνέοντα λάβοις.

Εἴθε ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον, ὄφρα. &c. sic apud Theocritum vouet quidam pastor, αἴθε γενοίμαν Ἁ βομβεῦσα μέλισσα καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἱκοίμαν. sic in quodam scolio, Εἴθε λύρα καλὴ γενοίμην ἐλεφαντίνη, Καί με καλοὶ παῖδες φοροῖεν Διονύσιον ἐς χορόν.

Εἴθ'

Εἶθ' ἄπυρον καλὸν, &c. Ouidius mittens annulum ad amicam, tandem ait,

O vtinam subito fieri mea munera possem,
Artibus Æaeis, Carpathijque senis.

Tunc ego te cupiam dominæ tetigisse papillas, &c.

Καὶ ταινίη δὲ μαστῶν. Proprie locutus est. nam, vt inquit Pollux, τὸ τῶν μαστῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα, ταινίαν ὀνομάζουσι καὶ ταινίδιον. Ego strophium interpretatus sum, veteres Latinos secutus. Fascia enim generalius est nomen.

Μόνον ποσὶν πατεῖν με. nisi subaudias ὥστε, nō procedet sensus.

Στεφάνους δ' οἵους πυκάζω. Quidam legunt hic, ὅπως πυκάζω. & in vltimo versu τίνι, interrogatiue. Legitur & σκοπιάζω pro σκεπάζω.

Παρὰ τὴν σκιὴν Βαθύλλε. Legitur & Βάθυλλε.

Ἁπαλαὶ σίει δὲ χαῖται. Vulgo σείειν δι' ἀφθόνως χειροφύτη. sed Anacreon alibi quoque σίειν protulit.

57 Ὁ πλοῦτος εἴ γε χρυσοῦ. Anacreon sua hæc dicta factis confirmauit. nam a Polycrate duobus talentis donatus, vt se duas iam noctes curis affectum ob ea vidit, reddidit illi, hoc vnum dicens, οὐκ ἀξία αὐτὰ τῆς φροντίδος, id est, Non tanti sibi ea esse, vt curis propter illa vellet angi. vel, Pluris se quietum & solutum animum facere quam illa.

Ἐμοῖς φίλοις συνεῖναι. In quodam Scholio, loco tertio hóc ponitur, Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνητῷ· δεύτερον δὲ, καλὸν φυὰν γενέσθαι· τὸ τρίτον δὲ, πλουτεῖν ἀδόλως· καὶ τὸ τέταρτον. συνηβᾶν μετὰ τῶν φίλων. Et in quondam alio, Σύν μοι πῖνε, συνήβα, συνστεφανηφόρει. σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο. συσσωφρόνει σώφρονι.

Ὅταν πίνω τὸν οἶνον, Εὕδουσιν αἱ μέριμναι. Xenophon Symposio, Τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει· τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει.

Σὺν τῷδε πίνειν ἡμᾶς. Fortasse primus versus Odes loco huius repetendus est, Ὅταν πίνω τὸν οἶνον, vt vides repetitum etiam secundum. nam sunt & aliæ odæ in quibus duo primi versus in fine etiam repetuntur. Obseruare autem oportet hic quoque acatalectos duos versus esse insertos, nimirum hunc, Τί μοι πόνων, τί μοι γόων &, Θανεῖν με δεῖ, καὶ μὴ θέλω. Animaduerti contra facere in versibus trochaicis poetam, miscere dimetros catalecticos cum acatalectis.

58 Ῥοδέης κολέγιν πήχυις. Quid si Ῥοδέης hic legas? certe cum

aliorum

aliorum multorum, tum ipsius Pindari testimonio lectionem hanc confirmabis. Pro κοίεργυσι autem quidam putant legendum τύεργυσι. illud non video quomodo lex versus possit ferre: sed ne hoc quidem satis aptum huic loco videtur.

Ἀπαλάς τε μελαίνας. Sic apud Theocritum, μελαγχὲς γένειον.

59 Τὸ λεληθότως συνόφρυν βλεφάρων ἴτυν κελαινήν. Malim ego articulum annectens aduerbio, legere τολεληθότως nam & vsitatissimum in aduerbiis hoc est, & possit alioqui multis facessere negotium hic locus, qui hoc modo planus est & apertus. nam ἐχέτω βλεφάρων ἴτυν τολεληθότως συνόφρυν, perinde est ac si dixisset, ἐχέτω τὰς ὀφρῦς λεληθότως συγκεχυμένας. quo vocabulo vtitur alicubi Plutarch. existimabit aliquis fortasse βλεφάρων ἴτυν accipi ἀντὶ τῶν βλεφαρίδων, & hic sensus prima fronte se offert. sed si quis propius intueatur, videbit contextum orationis hoc non ferre. nam quid hoc sibi vellet tandem, μὴ διάκοπτε τὸ μεσόφρυον, μηδὲ μίσγε, ἀλλ' ἐχέτω τὰς βλεφαρίδας συνόφρυς. absurdum certe hoc esset. quod siquis pertinaciter hanc interpretationem tueri voluerit, sed alio sensu, primum συνόφρυ legat, vt sit τὸ συνόφρυ substantiuum, quod & nouum est & durum: deinde claudens sententiam post συνόφρυ, & interpungens, addat δὲ post βλεφάρων, vt sit, βλεφάρων δ' ἴτυν κελαινήν, & repetat ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum ἐχέτω. sed vide quam vim afferas contextui, deinde an colorem βλεφαρίδων describeret, de superciliorum colore taceret? cur nõ potius integram seruans orationis seriem, βλεφάρων ἴτυν accipies περιφραστικῶς, ἀντὶ τῶν ὀφρύων; nonnæ positæ sunt κύκλῳ τῶν ὀμμάτων αἱ ὀφρῦς? Atqui dixit βλεφάρων, non ὀμμάτων. quid tum? si ambiunt totum oculum, certe & palpebras, oculi partem illis magis vicinam, præsertim si de superiore palpebra intelligas. adde quod hunc versum ingredi non poterat ὀμμάτων. Xenophõ quoque dicit naturam prouidam ὀφρύσιν ἀπογεισῶσαι τὰ ὑπὲρ τῶν ὀφθαλμῶν. Denique mihi magis videtur consentanea rationi hæc expositio. si quis tamen aliquid melius afferat, illum sequar. Est autem aliquando συνόφρυς mulieris epitheton, quo etiam puellam quandam honestat Theocritus eidyll. 8. his versibus.

Κἠμ' ἐκ τῶ ἄντρω συνόφρυς κόρα ἐχθὲς ἰδοῖσα
Τὰς δαμάλας παρελῶντα, καλὸν καλὸν ἦμες, ἔφασκεν.

Eadem appellatur & μίξοφρυς. Anacreon, vt vides, addit λεληθότως. Videre est autem ita propemodum coeuntia supercilia iis qui mœsti frontem contrahunt & corrugant. vnde etiam illi verbo ab hoc nomine deducto, συνοφρυοῦσθαι dicuntur. Mirum est

vero

vero placuisse illis ita confusa supercilia, quum nihil a pulchritudine magis videatur alienum, sed alia multa obseruabis veteribus fuisse in deliciis, quæ tui non erunt stomachi. Cæterum linguæ Latinæ inopia loci huius interpretationem reddit paulo difficiliorem. Nam nec nomen habet quod respondeat huic Græco σύνοφρυς, nec quod illi μεσόφρυον, quod & μετώπιον appellatur. Cui tamen inopiæ mederi conatus sum, dum hunc locum verterem: id autem assecutus sim, necne, tuum esto, lector, iudicium. vnum hoc addo, si ea quibus vsus sum verba tollas, vix te quæ in eorum locum reponas, habiturum.

Ἄμμα γλαυκὸν ὡς Ἀθήνης, Ἄμμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης. Tritum est γλαυκῶπις Ἀθήνη, Homericum. Quod autem ad ὑγρὸν attinet, verti Pætum, illum secutus versum, qui est inter antiqua diuersorum auctorum epigrammata, Minerua flauo lumine est, Venus pæto. Pollux hæc coniungit, βλέμμα ὑγρὸν, θηλυκὸν, ἀμυδρόν.

Περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ. Verti, colla læuia, secutus hos versus, ex lib. 7. Græc. Epigrammatum,

-ὅτι σοῦ τὸ ἀφθόνητον ἀπῆλθε Κεῖνο τὸ τῆς λύγδου βάσκανε λειότερον. Quo in libro etiam hoc carmen habes, Δειρὴ λυγδινέη ἢ στήθεα μαρμαίροντα. Esse autem λύγδον marmoris genus, cum ex aliis tum ex Philostrato patet, qui in procemio εἰκόνων dicit, ξέοντες τὴν λυγδίνην ἢ τὴν παρίαν λίθον, vbi vulgo legitur πατρίαν, sed perperam. Id autem marmor quum non solum læuitate, sed etiam candore commendetur, si cui magis placet, Colla candida, interpretari, per me licet, nec repugnat ipsa versus mensura.

Ὑποπορφυρέοισι πετήλοις. Non legendum est ὑπὸ πορφυρέοισι duobus verbis, sed vt excusum est, ὑποπορφύροισι. Sic in quondam epigr. Διονυσίου σοφιστοῦ habes, Εἴθε ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον.

Τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκει. Sic apud Theocritum intelligitur hoc nomen, eidyllio 28, ἀπλωΐαι ἔχει ἑταῖρον.

Λιπαρὰς κόμας ποιήσουν. Nitidas comas exposui, Horatium secutus. sic & apud Synesium, ἀεὶ δὲ λιπαροὶ κεφαλὰς καὶ καλὰ πρόσωπα, vel potius καλοί. Aristophanes, λιπαρὸς χωρῶν ἐκ βαλανείου. & Sophocles quum incultum, horridum & squalidum capillum significare vellet, ἀλιπαρῆ τρίχα dixit.

Τὰ δ' ἐς ἄκρον, ἠλιώσας. Habes & apud Philostratum ἠλιῶσαν ὁρᾶν. Est autem ἠλιῶσα κόμη siue ἠλιώδης, quam Homerus ξανθὴν appellat, vt, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα. Idē ξανθὸν Μενέλαον vocat, id est ξανθότριχα. Huiusmodi cæsariem χρυσῆν etiam nomi-

nominant: vnde & χρυσοχαίτης ἔρως apud hunc. sic & apud Latinos aurea coma: vnde & Auricomus. Quod autem dicit, Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας, Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἡλιώσας, conferri debet cum illis Ouidii versibus, quibus describit amicæ suæ capillos:

Nec tamen ater erat, nec erat color aureus illis:
Sed quamuis neuter, mixtus vterque color.

Præterea Porphyrio vir doctissimus exponens hunc Horatii versum, Myrrheum nodo cohibere crinem, ait, Colorem myrrheum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius est inter flauum & nigrum. Hæc ille sic in quodam incerti auctoris epigrammate, Εἴτε σε κυανέῃσιν ἀποστίλβουσαν ἐθείραις, Εἴτε πάλιν ξανθαῖς εἶδον ἄνασσα κόμαις. Comæ autem ξανθαὶ, flauæ, vel χρυσαῖ, aureæ: vel ἡλιώδεις seu ἡλιῶσαι, soli concolores, eædem sunt.

Ἄφες ὡς θέλουσι κεῖσθαι. Legitur & θέλωσι. & tunc subauditur ἄν, vt sit ὡς ἂν θέλωσιν.

Ἁπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες. Metaphora hæc qua roscidum pro tenero ponitur, melius sonaret Gallicis auribus, quam Latinis. Antipater eodem modo ὑδατίνους βραχίονας dixit A Grammaticis tamen δροσώδης siue ἐρσήεις exponitur καλὸς, petita, vt aiunt, metaphora ἀπὸ τῶν δεδροσισμένων ἀνθῶν· ταῦτα γὰρ καλλίονα φαίνεται Pro quibus facere videtur ille Theocriti versus, Καὶ χρόα φοινίχθην ὑπὸ τὤλγεος, ὡς ῥόδον ἔρσᾳ. sed haud scio an possit hic habere locum hæc interpretatio.

Στεφέτω μέτωπον ὀφρῦς Κυανωτέρη δρακόντων. Homerus, Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. id est μελαίναις, vt vulgo exponunt. A Theocrito quoque κυανόφρυς puella eodem modo appellatur. Et in alio Homeri loco qui est Ἰλ. λ, Κυάνεοι δὲ δράκοντες ὀρωρέχατο προτὶ δειρὴν Τρεῖς ἑκάτερθ' ἴρισσιν ἐοικότες, admonet Eustathius non hoc dici διὰ τὸ χρῶμα, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπικυρτοῦσθαι τοὺς αὐχένας καθ' ἕνα κυκλικὴν καμπήν. & exponens illa verba quæ sequuntur paulo post, Τοῦ δ' ἤτοι δέκα οἶμοι ἔσαν μέλανος κυάνοιο, ait, Κύανος εἶδός τι χρώματος μέλανος, ἐξ οὗ τὸ κυάνεον. διὸ τοὶ δὲ καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ἐρυθροῦ ἀναισθησίας κατὰ τοὺς φυσικοὺς, ἐπὶ δὲ ἴσως ἐστὶ πάντα ἀντίφιλος. Latini cæruleum draconem vocant. A Propertio appellatur quidam fucus cæruleus & forma cærula his versibus.

An si cæruleo quædam sua tempora fuco
Tinxerit, idcirco cærula forma bona est?

Ex his omnibus iudica quæ magis huic loco conueniat interpretatio.

60 Ἵνα τις τὸ μὲν φοβεῖται. Dicitur τὸ μὲν, τὸ δὲ, vt τὰ μὲν, τὰ δὲ,

pro

pro partim quidem, partim vero. Nec admittit versus aliam lectionem. nam si legas τοῦ δ' ἀπ' ἐλπίδος, non stabit.

Ῥοδίνην δ' ὁποῖα μῆλον Χνοΐην ποίει παρειήν. Vel, τὴν χνοΐην παρειὴν ποίει ῥοδίνην ὁποῖα μῆλον. vel, χνοΐην ὁποῖα μῆλον. Illud quodammodo ἄκυρον: hoc autem, propter inuersum vocabulorum ordinem, duriusculum videtur. sed elegans est alioqui metaphora: vt apud Aristophanem, Τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς ὥσπερ μήλοισιν ἐπήνθει. Lanuginem poetæ quoq; Latini appellant. & vt ἐπήνθει dictum hic vides, ita florem vocat hoc versu Virgil.

Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta. sed per μῆλον hic intellige Cydonium malum: vt apud eundem poetam, vbi ait, Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Ibycus κυδώνια μηλίδας vocat. Hinc & factum verbum κυδωνιᾷν a Leonide.

Ἐρύθημα δ' ὡς ἂν εἰδῶς Δύναται βαλεῖν, ποίησον. Hic ὡς pro ὅσον, quod nouum non est: nam Grammatici & in hoc versu, καὶ κρέας ὥς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον, exponunt ὡς ἀντὶ τοῦ ὅσον. Ad hunc locum autem pertinet quod respondit Pythias, rogata, quis esset color pulcherrimus, Is, inquit, quem in ingenuis gignit pudor.

Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρῆλθον, Ἐλεφάντινος τράχηλος. Prior versus per parenthesin ponitur: in posteriori repeti debet verbũ ἔστω.

Μεταμάζιον δὲ ποίει Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμοῦ. Homerus Ιλ. ε, quum ait, Ἀλλ' ἔβαλε στῆθος μεταμάζιον, eam pectoris partem intelligit quæ vtrinque mamma cingitur. nam μεταμάζιον dicitur τὸ μεταξὺ τῶν μαζῶν, vt μεταίχμιον, τὸ μεταξὺ τῶν αἰχμῶν. Hic autem accipio μεταμάζιον pro toto pectore, quod Arist. διφυεῖς τοῖς μαστοῖς appellat: quos in pectore collocatos esse his tantum tribus aiunt nonnulli, homini, elephanti, vespertilioni. Quod autem attinet ad χεῖρας Ἑρμοῦ, habes hæc verba apud Pollucem, lib. 7. Τὸ δὲ ἐργαλεῖον καθ' οὗ ἔκλωθον ἐξαρτῶντες τὰ συπτεῖα, γέρων ἐκαλεῖτο· ἦν δὲ ἐκ ξύλου πεποιημένον κιόνιον, χεῖρας Ἑρμοῦ τετραγώνου ἔχον, ᾧ γέροντος ἐπῆν πρόσωπον· ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα. Quo loco legunt alii τετραγώνους. Puto autem dici διδύμας χεῖρας vt dicuntur δίδυμοι ὄρχεις. scio & ab alio scriptore fieri mentionem τῶν χειρῶν Ἑρμοῦ, sed non succurrit locus.

Μηρῶν τὸ πῦρ ἔχοντων. Hæc ἐπανάληψις elegans quidem est, sed anapæstum postulat carmen in hac prima sede: quam legem in tota hac ode, sicut & in aliis multis seruauit. quare sunt qui hic legant μαλερόν.

Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα. Omnes versus huius odes sunt δακτυλικοὶ ἑξάμετροι ἀκατάληκτοι. qualis est ille, Ἀτρεῖδαί τε καὶ ἄλλοι. Hephæ-

 stion

stion autem ait Anacreontem integras odas composuisse etiam dactylico tetrametro, cuiusmodi est hic, Αδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ.

61 Ἄφες με τοὺς θεούς σοι. Corruptus est hic versus: ita tamen vt aliquis possit ex eo sensus erui, si τὸν θεὸν legatur & σὺ, sed non satis commodus ille quidem. Tota reliqua ode est emendatissima. nec mihi reprehendat quisquam hunc versum, Εμαίνετ' Αλκμαίων τε, quod corripiatur syllaba διφθογγογραφουμένη nisi idem Timoclis Comici poetæ hunc iambicum senarium oppugnet, Ο νοσῶν δὲ μανικῶς, Αλκμαίων' ἐσκέψατο. & hunc quoque versum, quem Suetonius in Neronem iactatum fuisse scribit,

Νέρων, Ορέστης, Αλκμαίων, μητροκτόνοι

Θέλω θέλω μανῆναι. Imitatus est Horatius lib. 2 Carm. vbi ait, quem Venus arbitrum Dicet bibendi? nō ego sanius Bacchabor Edonis recepto Dulce mihi furere est amico Et lib 3. Insanire iuuat: cur Berecynthiæ Cessant flamina tibiæ? Hos quoque nostri poetæ versus, Εμὲ μᾶλλον ὡς ἔτι ζῶ, Μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα Πύκασον· καλεῖ δ' ἑταίρην, ex ipso Horatio sum interpretatus. Sed & quod noster ait, Αποῤῥίπτονται μέριμναι, Πολυφρόντιδές τε βουλαὶ Ες ἁλικτύπους ἀήτας & alibi, siquidem & hæc ode eius est, Εμῶν φρενῶν μὲν αὔραις Φέρειν ἔδωκα λύπας. ille sic, Tristitiam & metus Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis. Sed illa leuiora videri possint: hæc vero maioris sunt momenti, in quibus apertius imitatur vel potius interpretatur nostrum poetam. vt lib. 3. de Lyde amica, Quæ velut latis equa trima campis Ludit exultim, metuitque tangi, Nuptiarum expers, & adhuc proteruo Cruda marito. Anacreon, Πῶλε θρηΐκίη, τί δή με Λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα, Νηλεῶς φεύγεις, δοκεῖς δὲ, &c. Paulo post, Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι, Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις. Horatius lib 1. Vitas hinnuleo me similis Chloe, Quærenti pauidam montibus auiis Matrem, non sine vano Aurarum & siluæ metu.

Anacreon. Οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν, ὅστ' ἐν ὕλῃ κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη Idem Horatius eodem libro, Natis in vsum lætitiæ scyphis, pugnare Thracum est. tollite barbarum Morem, &c. Anacreon, Ἄγε δῶτε, μηκέθ' οὕτω Παταγῷ τε κἀλαλητῷ Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ Μελετῶμεν, ἀλλὰ καλοῖς Υποπίνοντες ἐν ὕμνοις. nisi mendum hic est Cæterum vel ex his æstimare possumus quam multa ex nostro poeta mutuatus sit Horatius: quæ paterent omnibus, si quemadmodum huius, ita & illius

illius opera extarent, quanquam satis notum est plura hunc ex Alcæo, quam ex vllo alio transcripsisse: quod nec ipse dissimulat. Videamus ergo & carminum huius aliquot particulas, quas suis odis Horatius assuit. Alcæus, Ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐκ δ' ὀράνω μέγας χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί. Κάββαλλε τὸν χείμων', ἐπὶ μὲν τίθεις Πῦρ, ἐν δὲ κίρναις οἶνον ἀφειδέως. Horatius, Vides vt alta stet niue candidum Soracte, nec iam sustineant onus syluæ laborantes: geluq; flumina constiterint acuto Dissolue frigus, ligna super foco Large reponens: atque benignius Deprome quadrimum Sabina O Thaliarche merum dyota. Vides vt hic Horatius non imitetur Alcæum, sed ita eum interpretetur, vt verbum verbo reddat. Alcæus, Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πίνειν. Horatius, Nunc est bibendum: nunc pede libero pulsanda tellus. Alcæus, Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρον ἀμπέλω. Horatius, nullam Vare sacra vite prius seueris arborem Circa mite solum Tyburis & mœnia Catili.

Alcæus. Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται· Ἁ δ' ὥρα χαλεπά. πάντα δὲ δίψαισ' ὑπὸ καύματος Horatius, ad pocula Mecœnatem inuitans -iam Procyon furit, Et stella vesani leonis, Sole dies referente siccos. sed hæc certe sunt pauca ex multis, quæ afferre possemus, si ex pleno fonte haurire liceret. nam si hæc omnia ἀποσπασμάτια inter Horatii odas latere deprehendimus, quid si corpus integrum huius Græci poetæ extaret? Certe quod ad odam illam attinet, Vides vt alta stet niue candidum Soracte, non puto principium tantum eius sumptum ex Alcæo, sed totam eius esse odam. nam & quæ proxime hanc sequitur, eius esse constat: nimirum illam, Mercuri facunde nepos Atlantis, &c. Sunt aliæ odæ in quibus Alcæum non quidem per omnia secutus videtur, sed disperse aliqua eius dicta collocasse. quarum etiam illa est, ad Testam, O nate mecum consule Manlio. in hac enim, cum in aliis aliquot versibus videtur expressisse quædam Alcæi, tum in vltimis his, Te (ô Testa) viuæ producent lucernæ, Dum rediens fuget Astra Phœbus, videri possit allusisse ad hæc illius verba, Πίνωμεν, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν· δάκτυλος ἁμέρα Quid autem sibi velit in hoc versu, δάκτυλος ἁμέρα, (quæ verba nonnulli mendosa existimant) apparet ex quodam incerti auctoris epigrammate, cuius initium est, Πῖνε Ἀσκληπιάδη, τί τὰ δάκρυα ταῦτα, τί πάσχεις sic autem clauditur, Πίνωμεν Βάκχου ζωρὸν πόμα· δάκτυλος ἀώς. Ἦ πάλι κοιμιστὴν λύχνον ἰδεῖν μένομεν; Videtur aũt auctor verbis Alcæi voluisse suum epigr.

 claudere.

claudere. non legens, τί τὸν λύχνον σβέννυμεν, sed τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν pro ἀναμένομεν, quam lectionem habes etiam alicubi apud Athenæum. Si tamen Horatius allusit ad hunc Alcæi versum, σβέννυμεν legit. Et de hoc quidem loco hactenus. Videtur autem & in illa ode, cuius initium est, O nauis referent in mare te noui Fluctus, imitatus Alcæum, ex quo extant nonnulla eodem modo ἀλληγορούμενα. Plena autem fuisse huiusmodi allegoriis eius carmina testantur veteres scriptores. quum enim ille aperte inuehi in tyrannos non auderet, obscure loquebatur. Ex Pindaro quoque nonnulla mutuatus est Horatius, vt hoc odes initium, Quem virum aut heroa lyra vel acri Tibia sumes celebrare Clio. Sic enim Pindarus, Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, Τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα, Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν. Denique Horatius multa ex iis quos nominauimus poetis aliisque aperte transfert: quę autem aliunde ita mutuatur, vt sua tamen velit videri, ea ita in varias formas commutat, vt vix ab eo cuius sunt, si adsit, agnosci possint & hoc est honeste furari. nam non esse turpe ex antiquo scriptore furari, docuerunt nos suo exemplo ipsi Græci, quorum furta memoriæ prodita sunt quamplurima. Ipse enim Homerus ex Orpheo & Musæo multa furatus est: ex Homero vicissim posteri fere omnes multo plura. Quid poetæ tragici? Euripides multa non Homero tantum, sed & aliis compilauit qui Homeri ætatem secuti sunt. Sophocles rursus haud pauca Euripidi. Sed nec ipsi comici alii ab aliorum scriptis manus abstinuerunt. Ita igitur furari turpe non est: sed furti conuinci, hoc vero longe est turpissimum. Nam & apud Lacedæmonios, qui caute furari potuerat, impunitus abibat: qui in furto deprehensus erat, loris cædebatur. Nec iniuria, meo quidem iudicio. nam, Quam quisque nouit artem, in hac se exerceat. At qui in furto deprehenditur, imperitus est artis quam profitetur.

Πιεῖν πιεῖν ἀμυσί. Athenæus nos docet apud multos veterum priorem syllabam τοῦ πιεῖν & produci & corripi solitam.

62 Τίφρης ἀεὶ χηρωθείς. Corruptus est hic versus, in quo si κηρωθεὶς legas, erit hoc quidem verbum aduersus mensuram aptius: sed ad sensum poetæ non satis accommodatum. qui quid voluerit, manifestum est ex versu sequenti: quæ tamen eius verba fuerint, diuinare non facile est.

Ἠ Νεῖλον ἢ 'πὶ Μέμφιν. Suspectus non debet esse cuiquam hic locus. nam sic alibi, Τί γάρ μοι δεῖ πέπλων; Ὄρη τε καὶ κατ' ἀγκέας. Sic & poetæ Latini nō nunquā prępositionū ordinem inuertunt.

63 Ὀρ

63 Ὁρῶ κἀν στεφάνοισιν Ὅπως πρέπει τὰ λευκὰ Ῥόδοις κρίνα πλακέντα. Sic Ouidius, Quale rosæ fulgent inter sua lilia mixtæ. Quemadmodum autem hic noster poeta ex corollis probat canorum suorum colorem non aspernandum, ita & nigrum colorem ex iisdem commendat quidam pastor apud Theocritum, his versibus Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος· Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται.

Ἁπαλὸν πόμα λυαίου. Mirum est non solum hic, sed & in sequentibus bis in eadem oda repeti hanc dictionem, in illis versibus, Τὸ μὲν οὖν πόμα κερασθὲν, &, Τὸ μὲν οὖν πόμα λάβωμεν. Qui possit ex hoc verbo πόμα fieri iambus, non video: ποτὸν autem aptius esset, sed non videtur ita leniter cadere.

64 Κάρποῖσι γαῖα προκύπτει. Videtur postulare versus vt legatur καρποῖς. nisi & hoc diuersum est carmen a cæteris.

Ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι, Πάρεστι καὶ μαχέσθω. Hephæstion citans hos duos versus, legit. πάρεστι γάρ. μαχέσθω. vt habemus, sensus est facilior: sed non stat versus. vt legit ille, versus est integer, sed hærebimus in sensu, nisi forte πάρεστι γὰρ, per parenthesin dictum sit, pro ἔξεστι γάρ· vt sit, si quis pugnare vult, pugnet: per me licet. non eum teneo, vt Virgilius loquitur. Sic alibi dixit, Ὅπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω. Et quidam alius in hunc sensum. Δός μοι πιεῖν, μάχαι δ' ἄλλοισι καὶ πόνος μέλοι, Tibullus quoque in quadam elegia sic ludit, Vt mihi potanti possit sua dicere facta Miles, & in mensa pingere castra mero.

Σειληνὸν ἐν μέσοισι. Videtur deesse δὲ particula, sed lex versus fortasse eam exclusit.

Λιγαίνειν ἄρχεται μούσαις. Dimeter est acatalectus siue acatalecticus: cuiusmodi alios reperies alibi.

Βιότου μέλπων γαλήνην. Non hic tantum μέλπω correptam habet priorem syllabam: sed & in illo versu, Μέλπομαι ῥόδον θερινὸν, & in illo, Μέλπομαι βρύοντα μίτραις, vterque enim versus est iambicus dimeter catalecticus.

Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισιν. Antea vidimus vt nonnulli integras odas ex hoc poeta in sua epigrammata transcripserint: vide vt ipse etiam Theocritus ex hac suum Ἔρωτα κηροκλέπτην fecerit. sic enim ille,

Τὸν κλέπταν ποτ' Ἔρωτα κακὰ κέντασε μέλισσα,
Κηρίον ἐκ σίμβλων συλεύμενον· ἄκρα δὲ χειρῶν
Δάκτυλα πάνθ' ὑπένυξεν· ὁ δ' ἄλγεε, καὶ χέρ' ἐφύσῃ,
Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἅλατο· τᾷ δ' Ἀφροδίτᾳ

Δεῖξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο ὅττι γε τυτθὸν
Θηρίον ἐστὶ μέλισσα, καὶ ἁλίκα τραύματα ποιεῖ.
Χ' ἁ μάτηρ γελάσασα, τί δ'; οὐκ ἴσος ἐσσὶ μελίσσαις;
Χ' ὡ τυτθὸς μὲν ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς;

Quæ nos sic vertimus, vt cum Latina Anacreontis oda conferretur.

Improba apis quondam furem confixit Amorem,
Dum rapit ille fauos aluearibus: articulosque
Vndique perstrinxit summos. dolet ille, manumque
Exsufflans, pede pulsat humum: læsumque parenti
Ostendit digitum. & queritur quod tantula visu
Bestia quum sit apis, tantum det acumine vulnus.
Cui tum subridens mater, Quid? non apis & tu
Es similis, qui tantillus das vulnera tanta?

65 Πονεῖ τὸ τᾶς μελίττας. Dorice. libenter autem implicat articulos hoc modo poeta, vt in illis versibus, Ὁ ἀνὴρ ὁ τῆς Κυθήρης Τὰ βέλη τὰ τῶν ἐρώτων. & alibi, Πίωμεν ὁμοῦ τὸν οἶνον Τὸν τοῦ καλοῦ Λυαίου. Illic item, Τὸ ῥόδον τὸ τῶν ἐρώτων, multisque aliis in locis. Habent enim magnã venustatem in his versibus huiusmodi articuli: at multa sunt carminum genera, quibus adhibiti, aures offenderent.

Ἀναμέλψομεν δὲ βάκχον. Propter versum ω in ο mutatum videtur, quod apud Homerum nouum non est.

66 Τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν. Ex hoc aut ex simili loco est illud Μακεδονίου ὑπάτου, Τὴν γὰρ Ἀνακρείοντος ἐνὶ φροντίδεσσι φυλάσσω Παρφασίην, ὅτι δεῖ φροντίδα μὴ κατέχειν.

Ὀδυρωμένας μερίμνας. Recte ὀδυρωμένας. nam non ὀδύρεσθαι solum, sed & ὀδυρεῖσθαι est in vsu.

Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων. Post hũc versum videtur aliquid deesse.

Ὀλίγην δρόσον πεπωκώς. quod hic πίνειν, Theocritus σιτίζεσθαι dicit, eidyll. 4, μὴ πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ; & Virg. Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ. Plinius dicit eas ore carere, sed quiddam aculeatum habere in pectore, quo rorem lambunt.

Βασιλεὺς ὅπως ἀείδεις. Verti, regina: quod cicada nomen fœmininum sit. aiunt tamen cantare solum marem, tacere fœminam. vnde reprehendens mulierum loquacitatem Xenarchus comicus, dixit, Εἶτ' εἰσὶν οἱ τέττιγες οὐκ εὐδαίμονες, Ὧν ταῖς γυναιξὶν οὐδ' ὁποιοῦν φωνῆς ἔνι. Sed hic generalius locutum poetam nostrum existimare debemus.

Χ' ὅτι

Χ' ὁπόσα φέρουσιν ὧραι. Antea admonui literam φ nonnunquam præcedentem syllabam producere.

Τὸ γῆρας ὥς τι πείρει. Hoc fortasse dixit, quia, vt inquit Lucretius, veteres ponunt tunicas.

68 χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι, χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι. Videtur huc pertinere illud distichum, Εἰ μισεῖν πόνος ἐστὶ, φιλεῖν πόνος, ἐκ δύο λοιπὸν Αἱρεῦμαι, χρηστῆς ἕλκος ἔχειν ὀδύνης.

Γένος οὐδὲν εἰς ἔρωτα. Propertius, Nil tibi nobilitas poterit conducere amanti.

Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν. Eleganter idem, Cynthia nō sequitur fasces, nec curat honores: Semper amatorū ponderat illa sinus.

Ἀπόλοιτο πρῶτος αὐτὸς Ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας. Quomodo ἀπόλοιτο, si iam olim ἀπώλετο? Nimirum hoc ita dicitur vt a Propertio, Illi sub terris fiant mala multa puellæ. Quæ, &c.

Διὰ τοῦτον οὐκ ἀδελφός. Timocreon Rhodius initio cuiusdam scolii, Ὤφελες, ὦ τυφλὲ πλοῦτε Μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, Μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανῆναι, Ἀλλὰ τάρταρόν τε ναίειν Κἀχέροντα· διὰ σὲ γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά.

Τὸ δὲ χεῖρον, ὀλλύμεσθα Διὰ τοῦτον οἱ φιλοῦντες. Quia argenti cupiditas facit vt venales sint amicæ,

69 Ὁ τὸν ἐν πότοις ἀτερπῆ, Νέον ἐν πότοις ἀταρβῆ. Legitur & sic, Ὁ τὸν ἐν πόνοις ἀτερπῆ, Νέον ἐν πόθοις ἀταρβῆ.

Πότον ἄστονον κομίζων. Ita malim quam πόθον· vt πότον ἄστονον intelligamus λαθικηδέα οἶνον, vt Alcæus dixit: & vt Homerus φάρμακον quoddam νηπενθὲς vocauit.

Ἄρας τις ὕπερθε λευκήν Quidam putant legendū hic θάλασσαν.

70 Χ' ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι, Μόνα κῦμα συγκαλύπτει. Melius fortasse, propter versum, Ὅσα μὴ θέμις δ' ὁρᾶσθαι. Sic autem in quodam epigrammate Δημοκρίτου, quod est eiusdem argumenti, Σπέρνα μόνον φαίνουσι, τὰ καὶ θέμις.

Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτῷ. Nullum sensum ex his verbis possum eruere: propterea crediderim legendū, ἀλαλημένον δ' ἐπ' ἀκτῷ.

Ταλάροις φέροντες ἄνδρες. Melius φέρουσιν.

Ἐρατὸς νέος ἐλυθείς. Quum nec stet versus, nec sensus reperiatur, malim legere μεθυσθείς. Nam dixit, Ὁ δ' ὅταν πίνῃ γεραιός. Nunc περὶ τοῦ νέου idem dicit, sed aliis verbis.

Σεισωπυροῦ αὔξει μέλπειν. Quidam putant hic legendum. σεισώπυρις δ' αὔξει μολπήν. Latere certe hic suspicor magnum aliquod mendum.

Χαρίεσσιν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις Πολυανθέων ἐρώτων. Confer hunc locum cum illo, Ῥόδον πῶς ὁ τῆς Κυθήρης Στέφεται καλοῖς ἰούλοις Χαρίτεσσι συγχορεύων.

Γλυκὺ καὶ ποιοῦντι πεῖραν Ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς. Puto hic legendum, Γλυκὺ καὶ ποθοῦντι πεῖραν. nam & parua est mutatio literarum, & sensus est, meo quidem iudicio, elegantissimus: quem ego ita expressi, hunc locum vertens, Est grata colligenti, Spineta vt ante pungant, Viæque senticosæ. Vtor autem hic particula vt, pro quamuis. Nec vero de verbo πεῖραν quisquam dubitet, nam ita dixit ante, Τρηχέων ἔπειρεν ὕφος.

72 Ωστοφῷ τὸ δ' αὐτὸ τερπνόν. Vide num legendum ὀρόφῳ, quod verbum pro tota etiam domo vsurpatur, vnde ὑπωρόφιοι.

Κορυφῆς ἐδείκνυ Ζεύς. Legitur &, Κορυφῆς ἔδειξεν ὁ Ζεύς.

Ὅτ' ἐγὼ νέοις ὁμιλῶν Ἑσπρῶν, πάρεστιν ἦχα. Suspicor ita scripsisse poetam, Ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον Ἐσορῶ, πάρεστιν ἥβα. vt antea dixit, Τέρχας γέρων μέν ἐστι, Τὰς δὲ φρένας νεάζει.

Παρθένος, φίλη στέφανε. Nō dubito quin hic legendū sit, Ῥόδον δέ.

73 Φιλέπτω ῥοιαῖν ἀπ' ὀπώρης. Legere potes & ῥοάν. sed & ῥοιάν potest ferri, vt vidimus antea ποῶ scribere malunt: sed nihil necesse, nisi & pro τοιαῦτα apud Theocritum, prima breui, scribere velimus τοαῦτα, idemque in cæteris facere, quod ego certe non probarim.

Ἐν ἰχίοις μὲν ἵπποι. Suspicor νόθον esse hoc ᾀδάριον.

HÆC fere sunt, quæ αὐτοσχεδίως a nobis obseruata, rudioribus non ingrata fore existimauimus. Alia quidem præterea examinanda & castiganda restant, sed consulto a nobis prætermissa, quia de illis amplius deliberandum censemus. Quod autem ad versus attinet quibus vsus est noster poeta, animaduertendum est duo esse eius odarum genera. Vnum enim genus est earum quæ sunt μονοειδεῖς, &, vt ita dicam, simplices: in quibus omnibus iambico dimetro καταληκτικῷ vtitur: (quod carmen ἀνακρεόντειον appellatur) præterquam in duabus, quarum altera constat tota versibus δακτυλικοῖς τριμέτροις ἀκαταλήκτοις, illa videlicet cuius initium est, Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα. Altera autem versibus trochaicis, partim ἀκαταλήκτοις, partim etiam καταληκτικοῖς. nimirum illa cuius primus est versus, Πῶλε Θρηκίη, τί δή με. Alterum genus est earum quæ sunt mixtæ ex diuersis versibus, puta iambicis, dimetris καταληκτικοῖς & ἀκαταλήκτοις. Item ex choriambicis, anapæsticis, dactylicis, aliisque, quos ex va-

riis

ταῖς συζυγίαις, sed ἰσοδυναμούσαις constituit. Ex Alcæi autem versibus quos hic habes, alii similes sunt Horatianis illis,

Qualem ministrum fulminis alitem,
Cui rex deorum regnum in aues vagas, &c.

Alii autem similes illis,

Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem
Circa mite solum Tyburis, & mœnia Catili.

Ode autem Sapphus constat versibus illis qui apud Horatium etiam Sapphici nominantur, & Adonio. hoc tantum interest, quod Horatius in secunda sede solo vtatur spondeo: at illa modo spondeum, modo trochæum admittat. Hic autem versus, Μή μ' ἄτῃσι, μηδ' ὠνίαισι δάμνα, nemini suspectus esse debet. nam quamuis ἄτη longum habeat α apud Homerum, tamen hic corripitur: estque trochæus in prima sede huius versus, vt & in aliis. quidam enim antiquus Grammaticus docens apud Æoles nonnunquam α licenter corripi, hunc versum citat. Sed ille certe versus, Κ' ὅττι γ' ἐμᾷ μάλις' ἐθέλω γλυίαξ, merito suspectus esse potest: nam non caret mendo.
reliqua bene habent.

NOB





NOBILISSIMO, AMPLISSIMOQVE VIRO,

D. CAROLO NVTZELLIO

SAPIENTISSIMO
INCLYTÆ NORIMBERGENSIS
REIPVB. SENATORI,

Præstantissimo Musarum Patrono,
D. suo benignissimo, & plurimum obseruando,

Æmilius Portus, Francisci Porti Cretensis F. in antiquissima & celeberrima Heidelbergensi Academia ordinarius Linguæ Græcæ Professor,

Has suas in Pindarum, & Lyricos Poetas annotationes nunc primum in lucem prodeuntes,

Beneficiorum ab optimi Viri humanitate præter omnem expectationem acceptorum memor,

Ad perpetuam εὐγνωμοσύνης, καὶ εὐχαριστίας memoriam

Dicat, ac offert.

Semper apud gratos benefacti gratia viuit,
Καὶ μήτηρ ὕμνων ἦν χάρις ἀΐδιον.

HEIDELBERGAE CALEND.
NOV. CIↃ IↃ XCVII.

M. ÆMI.



M. ÆMILII PORTI, FRANCISCI PORTI CRETENSIS F. IN ANTIquissima, & celeberrima Heidelbergensi Academia Linguæ Græcæ Professoris ordinarii breues

In Euripidem, & aliquot Lyricorum poetarum fragmenta, dum opus typis mandaretur, notæ raptim scriptæ.

Olymp. Ode I. pag. 1.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ] Athenæus τῶν Δειπνοσοφ. lib. 2 20. 3. vbi de de aquæ præstantia verba facit, huius loci meminit.

Ode 2. pag. 9.

Ἐς τρὶς ἑκατέρωθι μείναντες] Ternam animarum migrationem, & μετεμψύχωσιν intelligit, de qua Ouid. τῶν μεταμορφώσεων lib. 15.

Morte carent animæ, semperque priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitantque receptæ.
Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.

Et paulo post,

Omnia mutantur, nihil interit. errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus, eque feris humana in corpora transit.
Inque feras noster, nec tempore deperit vllo.
Vtque nouis facilis signatur cera figuris.
Nec manet, vt fuerat, nec formas seruat easdem:
Sed tamen ipsa eadem est. Animam sic semper eandem
Esse: sed in varias doceo migrare figuras. &c.

Hæc erat Pythagoræ, & Pythagoreorum sententia de hominis anima, sententia σοφίαν ἀσφαλεστάτην, καὶ ἀποπωλεστάτην docens.

Ἔχειν ψυχὰν] ἀδίκων ἔργων ἀπέχειν.

Ἔτειλαν ὁδὸν] Fortasse melius, si legeres ἔστειλαν ὁδόν. Eodem autem modo στέλλειν ὁδὸν dicetur, quo στέλλειν πλοῦν. Iter facere. Nauigationē facere. Nauigare. Soph. in Aiace μαστιγοφόρῳ. 60. 1.

Χο. Μενέλαος, ῷ δὴ τόνδε πλοῦν ἐστάλαμεν.

Quid στέλλειν, & στεῖλαι, & πλοῦν στέλλειν proprie significet, illic aperte demonstratur. Scholiastes Græcus locum hunc sic interpretatur, ἐστάλαμεν, ἀντὶ τοῦ ἐστάλημεν. Quamobrem ἀκτικῶς actiuum pro passiuo positum. στέλλειν πλοῦν, siue στεῖλαι πλοῦν, ἀντὶ τοῦ πλεῖν, ἤτοι πλεῦσαι sumendum. Quod & ipsum Attico more enunciatum, vt πλεῖν πλοῦν, στεῖλαι στόλον, πορεῦσαι πορείαν. Sic etiam στέλλειν, siue στεῖλαι ὁδὸν, ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς στεῖλαι, τουτέστι πορεῦσαι. Idem Soph. in Philoctete pag. 431, v. 6, ὁδὸν στεῖλαι dicit,

Κατηρτυκότων θ' ὁδὸν, ἣν στελῆ. Si codex mendo caret, vel σ sublatum fuerit ex hoc ἔστλαν, vel a verbo τέλλω formabitur, quod iam Πινδαρικῶς accipietur ἀντὶ τοῦ κοινοῦ ἀνύτειν, ἤτοι ἀνύειν Ὁδὸν ἔτελλαν, ἤγουν ἤνυσαν. Iter confecerunt. Ideo Latinus interpres videtur vertisse, *Viam peregerunt*.

Ode IV, Pag. 14.

Ἶπον ἀνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος] Lat. interpres vertit, *Onus ventosum centicipitis Typhonis.* Sed ἶπος, siue ἴπος, vt hic προπαροξυτόνως scriptum habemus, τὴν μυάγραν significat, quam Eustathius definit τὴν τῶν μυῶν παγίδα, Murium laqueum, murium decipulam, quæ vnico vocabulo muscipula vocatur. In vulgatis lexicis Græcolatinis ἶπος etiam explicatur κόλασις, ζημία, pœna, supplicium, παρὰ τὸ ἴπτειν τὸ βλάπτειν. Eustath. παρὰ τὸ ἰπούω, τὸ βλάπτειν. sed eodem res reuoluitur. Nam ἴπτειν est συγκοπὴ τοῦ ἰάπτειν, & τοῦ ἰπούω. Hinc etiam ἶπες dicuntur vermes, qui in vitibus nascuntur, & qui ligna corrodunt. Verum hæc ad rem præsentem parum facere videntur. Ego vero suspicor legendum potius ἴπνον, vel ἰπνὸν (nam vtrunque legitur apud Eustathium) & pro furno, camino, fornace sumetur, quod huic loco perbelle conueniet. Vertes autem, fornacem ventosam, &c. Æschylus ἐν τῷ Προμηθεῖ δεσμώτῃ de re eadem agens, nostram coniecturam disertissimis verbis confirmat. Cuius elegantissimos versus hîc subscribendos censuimus, vt obscuro loco claram lucem afferamus. Sic autem ille pag. ex Henrici Stephani typis ad Oceanum loquentem inducit,

Τὸν γηγενῆ τε Κιλικίων οἰκήτορα
Ἄντρων ἰδὼν ᾤκτειρα, δάϊον τέρας,
Ἑκατοντακάρηνον πρὸς βίαν χειρούμενον
Τυφῶνα θοῦρον, πᾶσιν ὃς ἀντέστη θεοῖς,
Σμερδναῖσι γαμφηλαῖσι συρίζων φόνον.
Ἐξ ὀμμάτων δ' ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας,

Ὡς τὴν Διὸς τυραννίδ' ἐκπέρσων βίᾳ:
Ἀλλ' ἦλθεν αὐτῷ Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος,
Καταιβάτης κεραυνὸς ἐκπνέων φλόγα,
Ὃς αὐτὸν ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων
Κομπασμάτων. φρένας γὰρ εἰς αὐτὰς τυπεὶς
Ἐφεψαλώθη, κἀξεβροντήθη σθένος.
Καὶ νῦν ἀχρεῖον, καὶ παράορον δέμας
Κεῖται στενωποῦ πλησίον θαλασσίου
Ἰπνούμενος ῥίζαισιν αἰτναίαις ὕπο. &c.

Videsne lector vt τὸ ἰπνοῦσθαι hic nihil aliud significet, quam ἐν τῷ ἴπνῳ, siue ἰπνῷ καίεσθαι, φλέγεσθαι; i. In furno, siue fornace vri, cremari? Pindarus vero montem Ætnam per appositionem (vt Grammatici loquuntur) vocat fornacem Typhonis, quod in sulphureis, & igneis Ætnæ cauernis, vt in fornace manibus humanis extructa, Iouis iussu, dies, noctesque Typhon cremaretur, flammisq; perpetuis cruciaretur. Idem ab eodem Pindaro Pythiorum Ode a. versibus his traditur,

Ὅστ' ἐν αἰνᾷ ταρτάρῳ κεῖ-
ται θεῶν πολέμιος,
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος, τόν ποτε
Κιλίκιον θρέψε πολυώ-
νυμον ἄντρον. νῦν γε μὰν
Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι,
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
Στέρνα λαχνάεντα. κίων
Δ' οὐρανία συνέχει,
Νιφόεσσα Αἴτνα πάνετες
Χιόνος ὀξείας τιθήνα.
Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαί. ποταμοὶ
δ' ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
Αἴθων', ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ. &c.

Consule & Thucyd. sub finem libri tertii, vbi de Ætna, & ipsius incendiis, incommodisque grauissimis ad montis illius accolas inde manantibus agit. Plin lib. 2. cap. 6. & lib 3. cap. 8. Virg. Æn. 3. 183.

Ipse: sed horrificis iuxta tonat Ætna ruinis.
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem

Turbine

Turbine fumantem piceo, & candente fauilla:
Attollit globos flammarum, & sydera lambit.
Interdum scopulos, auulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imo.
Fama est Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemque insuper Ætnam
Impositam, ruptis flammam expirare caminis &c.

Fornacem autem ἠνεμόεσσαν, i. ventosam, ideo poeta vocat, quia mons iste est excelsus, & ventorum flatibus patens, & expositus, ac proinde fornax in eius vertice summo flagrans, vt Pindarus eadem Pyth. ode testatur,

Οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλ-
λοις δέδεται κορυφαῖς, καὶ πέδῳ.

Et Æschyl. Prometh. 274.

Κορυφαῖς δ' ἐν ἄκραις ἥμενος μυδροκτυπεῖ
Ἥφαιστος, ἔνθεν ἐκραγήσονταί ποτε
Ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις
Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γύας. &c.

Ode VI. Pag. 18.

Ἐξ ἄλλαν] δωρικῶς, ἀντὶ τοῦ ἐξ ἄλλων.

Pagina 21.

Εἶπον δή] Syracusanorum more formatum, ἀντὶ τοῦ εἰπέ. quod commune. Dic.

Ode VII. Pag. 27.

Δίδοι] δωρικῶς ἀντὶ τοῦ κοινοῦ δίδου, κατὰ κρᾶσιν ἐκ τοῦ δίδοε, a δίδω, ῶ. poet. sic μοῖσα, pro μοῦσα, versa diphthongo ου in οι.

Ode IIX. Pag. 31.

Καὔνομον] καὶ εὔνομον. vel καννόμον scribendum, ἐκ τοῦ κατὰ νόμον, κὰτ νόμον, καννόμον, εὐφωνίας χάριν. sic κακκεφαλὴν, καππέδιον, &c.

Ode X. Pag. 36.

Ἶλα φερέτω χάριν] sunt qui Ὕλα scribendum censeant. consule scholia Græca.

Pagina 37.

Μυχοῖσιν ἄμμενον] Lat. Int. In recessibus sedentem. sed vel ἄμμενον Æolice, vel ἄμενον Dorice scribendum videtur.

Pagina 38.

Σᾶμ' Ἁλιρροθίου] Lat. Interpr. vertit, Tu fili Halirrhotii, Seme: Quare τὸ Σᾶμ' accepit pro integro Σᾶμε, quod communiter

Σῆμε

Σῆμι, a recto casu Σῆμος, diceretur, quod nomen proprium est cuiusdam Magnetis optimi cantoris, ac præstantissimi musici, de quo Eustath. & alii. Ad hanc interpretationem adductus videtur, quia in vulgatis codicibus hoc Σᾶμ' est per maiusculum Σ scriptum, cum tamen potius per minusculum videatur scribendum, vt σᾶμα δωρικῶς, pro communi σῆμα dicatur. Dorienses enim sæpe τὸ ω. in α vertunt, idque non solum in genitiuis pluralibus primæ, & secundæ declinationis simplicium nominum: sed etiam in aliis. atq; adeo in primis nominum syllabis, vt πρᾶτος, pro πρῶτος. Theocr. Idyll. κ. 72.

Πρᾶτος δ' ὦν ποτὶ Δάφνιν ἰδὼν ἀγόρευε Μενάλκας.

Et 76 1. Et in mediis, vt πεινᾶντι, pro πεινῶντι. Theocritus Idyll. 15. 130. 1.

Χὼ 'νὴρ ὄξος ἄγαν πεινᾶντι γε μηδέποτ' ἔνθῃς. apud Alcæum pag. 9. Χαλᾶσι, pro χαλῶσι. Sed de his, aliisque sexcentis Dorismis, qui sunt longe παραδοξότεροι, si Deus Opt. Max. nostris cœptis faueat, in nostro Dorico Græcolatino Lexico fusius, vt iam in Ionico fecimus, in gratiam τῶν φιλομούσων, καὶ φιλελλήνων agemus. ποιητικῶς vero σᾶμα Ἀλιρρόθιον, ἀντὶ τοῦ ὁ Ἀλιρρόθιος a poeta dictum.

Ode XIII. Pag. 45.

Ἀγλαοθρόνοις ἔχων] Si codex sanus, metri gratia τὸ ἔχων, subducto ι, pro com. εἴχων, dicetur.

Pyth. Ode I. Pag. 48.

Προοιμίων] Int. Lat. procœmiorum. Ego vero, Hymnorum. Thucyd. lib. 3. 117. M. Δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἅ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος. Schol. ἐκ προοιμίου. ἐξ ὕμνου. ὕμνους γὰρ τὰ προοίμια ἐκάλουν.

Pagina 51.

Πλεόγλωσσοί τ' ἔφυν] τὸ ἔφυν κατὰ συζυγίαν ἐκ τοῦ ἔφυσαν ἀρκτικῷ. Nascuntur.

Μιτάλλάσοντας] Lat. Int. inuestigaturos. Bene, Sed μετάλλάσοντας per simplex σ scribendum, pro communi μεταλλήσοντας μεταλλᾶν δὲ κυρίως μὲν τὸ τὰ μέταλλα ἐν τῇ γῇ ἐρευνᾶν, καὶ ζητεῖν. μεταφορικῶς δὲ τὸ ἀκριβῶς ἐρευνᾶν, καὶ ζητεῖν. Eustathius, μεταλλᾶν, ἐρευνᾶν, καὶ πολυπραγμονεῖν, μεταλλεύειν δὲ, τὸ μέταλλα ἐρευνᾶν.

Pagina 52.

Τεθμοῖσι δωριεῦς] Lat. Int. Legibus Doricis At δωρικοῖς esset scribendum. N. L.

Ode

Ode II. Pag. 57.

Τράφοισα Κένταυρον] Vel *τραφοῖσα* scribendum est *δωρικῶς*, pro communi *τραφοῦσα*, vt *μοῖσα*, pro *μοῦσα*, quæ aluerat. Vel *αἰολικῶς* accentus in præcedentem syllabam est retractus. Est autem particip. aor. 2. act. a *τρέφω. ψω. ἔτραφον.*

Φρενὶ πεπαρεῖν] N.L. fortasse *πεπορεῖν* legendum, vt sit aorist. 2. act. a *πόρω*, *ἰ.* præbeo, suppedito. aor. 2. *ἔπορον*. Infinit. *πορεῖν*, *καὶ κατ᾽ ἀναδιπλασιασμὸν*, *πεπορεῖν*. At *πεπαρεῖν* (si modo codex est sanus) erit aor. 2. act. a *πείρω*. figo, transfigo. fu. *περῶ* aor. 2. *ἔπαρον*. infin. *παρεῖν*, *καὶ κατ᾽ ἀναδιπλασιασμὸν*, *πεπαρεῖν*. At ad rem præsentem facere non videtur.

Pagina 59.

Ἐν πάντα δὲ νομὸν εὐθύγλωσσος ἀνὴρ προφέρει] Legendum videtur *Ἂν πάντα*, pro *ἀνὰ*, *τουτέστι κατὰ πάντα*. Vel *Ἐν παντὶ δὲ νομῷ*. Hoc enim legitima constructio flagitat.

Ode III. Pag. 64.

Λαγέταν γάρ τοι τύραννον δέρκεται] fortasse *γάρ τυ*, *ἀντὶ τοῦ γάρ σε*.

Οὐκ ἐγένετ᾽ οὔτ᾽ Αἰακίδᾳ πὰρ Πηλεῖ] *ἀντὶ τοῦ, οὔτε παρεγένετο τῷ Πηλεῖ Αἰακίδῃ*. Eritque *τμῆσις*, & vocum traiectio. Vel simpliciter *ἀντὶ τοῦ, οὔτε ἐγένετο παρὰ τῷ Αἰακίδῃ Πηλεῖ. τὸ δὲ πὰρ κατ᾽ αἰολικὴν, καὶ δωρικὴν ἀποκοπὴν* dictum.

Ode IV. Pag. 66.

Διὸς αἰετῶν πάρεδρος] Strabo lib. 9. 288. 2.

Νωμάσοισιν] *δωρικῶς ἀντὶ τοῦ νωμήσουσιν*, verso *η* in *α*, & *ου* in *οι*. fit autem a verbo *νωμάω. ῶ. ήσω.*

Pagina 67.

Ἐπέτοσσε] *πέτω*, *τὸ πίπτω*, *ὅθεν ἡ παροιμία*,

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου. Id est,

Multa cadunt inter calicem, supremaque labra, hinc *τὸ ἀπαρέμφατον*, *πετόω. πετῶ. μ. πετόσω*. vt *ἀρόω, ῶ. ἀρόσω: ἀόρ. α. ἐπέτοσα, ας, ε.* idem ac *ἐπέσησα*, a *πεσόω. ῶ.* metri vero causa *σ* geminatur. Aliâs *πέτειν* idem ac *πέτεσθαι*, *καὶ ποτᾶσθαι*, i. volare. Si iam *ἐπέτοσσε* sumas pro *ἔπεσε*, vel *ἐπεποτήσατο*, vtrunque bonum habebit sensum. Hoc quidem significabit accidit, aduenit, superuenit, vt & interpres vertit, illud vero, aduolauit. Ode IIX. *ἔμπετες* vsurpat Pindarus per syncopon, pro *ἐνέπεσες*, ab *ἐμπέτω*, pro *ἐμπίπτω*. *πέτω* vero *δωρικῶς* videtur formatum a *πέσω*, verso *σ*, in *τ*.

Pagina 68.

Ἀμνάσει] Si codex mendo caret, hoc *ἀμνάσει δωρικῶς* dictum fuerit *κατὰ συγκοπὴν, καὶ τροπὴν*. pro integro *ἀναμνάσει*, vnde *ἀμμνάσει*

&

& μίσγει χάριν, atque suauitatis gratia reiecto altero μ, ἀμιναί. Communiter vero dicendum ἀναμνῆσαι, παρὰ τὸ ἀναμιμνήσκω. μ. ἀναμνήσω, παρὰ τὸ ἀναμνάω. ῶ. In memoriam reuoco, reduco, admoneo.

Pagina 71.

Τράφεν Χείρωνι δῶκαν] τράφεν, δωρικῶς, ἀντὶ τοῦ κοινοῦ τραφεῖν, καὶ τοῦτ' ἀντὶ τοῦ Ἀττικοῦ τὸ τραφεῖν. Est autem aor. 2. act. infinit. a τρέφω. μ. θρέψω. ἀόρ. β. ἔτραφον. Alo. Nutrio. Vel est actiuum pro passiuo τραφῆναι. Quare præter Dorismum erit & Atticismus.

Pagina 73.

Μοῖραι δ' ἀφίσταιντ' ἄν τις] fortasse melius ἀφίσταιντ' ἄν τις, vt sit optatiui 3. plur. pro integro ἀφίσταιντο, τουτέστιν ἀποτρέποιεν, auertant, auerruncent.

Pagina 77.

Ὅτ' Αἰήτας] Ouid. τῶν μεταμορφώσεων lib. 7. 193. 196. 197, 198. & deinceps.

Ode IIX. Pag. 92.

Πεδαφρόνων] πεδάφρων, ὁ τὴν φρένα πεπεδημένην ἔχων, qui mentem vinctam, & ligatam habet, mente captus, stultus, amens. πέδαι. ῶν. αἱ. pedum vincula, compedes, παρὰ τὸ τοὺς πόδας δεῖν, καὶ δεσμεύειν, quod pedes ligent, ac vinciant. ἢ παρὰ τὸ τοὺς πόδας πιέζειν, quod pedes premāt. Hinc τὸ πεδάω. ῶ. τὸ δέω, καὶ δεσμεύω. ἢ πεδάφρων, ὁ τὰ πεδινὰ, τὰ ταπεινὰ, καὶ μωρὰ φρονῶν. Qui tres campestres, i. terrestres, humiles, & stultas sentit, cogitat, sapit. Si iam ipsa metri lex hoc pateretur, fortasse non ineptum esset, si πεδοφρόνων legendum quis diceret. πεδάφρων vero δωρικῶς, ἀντὶ τοῦ πηδάφρων, παρὰ τὸ πηδᾶν, καὶ τὴν φρένα. Qui mentem saltantem, ac proinde leuem, inconstantem, & stultam habet. Sed nec πεδόφρονος, nec πεδάφρονος vllam in vulgatis lexicis mentionem inuenias. Quare vocem vtramque paucis censuimus hic explicandam. In quibusdam codicibus legitur & πιδαφρόνων per ι. quod non reiiciendum. Idem autem valebit ac τὸ πηδαφρόνων. Nam (vt docet Eustath. in voce πίδαξ, i. fons, quem παρὰ τὸ πιδύειν dictum tradit) πιδύειν λέγεται τὸ ὕδωρ, ἀντὶ τοῦ γῆθεν ἅλλεσθαι, παρὰ τὸ πηδᾶν, κατ' αἰολικὴν ἐναλλαγήν. Dicitur & πιδῦν, instar aquæ salientis salire, scaturire.

Ἔμπαλτος] Vocabulum hoc apud solum Pindarum legitur, neç quid proprie significet, ab vllo τῶν λεξικογράφων traditum animaduerto. Si coniecturis aliquid est tribuendum, hoc proprie de vento secundo, nobisque grato dici puto, qui ad nos quodam-

M modo

modo saliens, spiransque venit. παρὰ τὴν ἐπὶ τὸ θορεῖν, καὶ τὸ ἄλλεσθαι, καὶ τὸ πνεῖν, quasi dicas ὁ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ἢ καὶ ἄλλοις ἀλλόμενος. καὶ τρέπει. ἢ παρὰ τὸ ἠρεμοῦν οἰονεὶ ἀλλόμενος ἐπιπνεῖν. Vel κατὰ συζυγίαν dictum ἐκ τοῦ ἐπίθαλπος, quod compositum ex præpos. ἐπὶ, & poetico nomine θαλπὸς, id est, splendidus, lucidus, & μεταφορικῶς splendoris, ac lucis instar gratus. Vel tepidus, calidus, & teporis, atque caloris instar iucundus. Calor enim est amicus naturæ, frigus eidem inimicum. παρὰ τὸ θάλπω, calefacio, foueo sicut oua gallinæ, quæ sobolis procreandæ causa iis incubant. Hinc θαλπωρὴ, ῆς. ἡ. Tepor, lætitia, iucunditas, voluptas, solamen, spes, quæ nostras cogitationes fouet. Interdum tamen (vt hoc obiter addatur) τὸ θάλπειν ἀντὶ τοῦ ἐξαπατᾶν, i. fallere, decipere, sumitur, vt ait Suidas. Eum consule.

Ode IX. Pag. 98.

Ἔρδειν φυγών] ἀντὶ τοῦ φυγόντα. Græci enim accusatiuorum loco nominatiuos & ante, & post infinitos ἀδιαφόρως vsurpant. Consule nostras in Xenophontem notas, & indicem Græcolat. & nostrum Ion. Lex. Græcolat. in Ονομαστικὴ ἀντὶ τῶν ἀπαρεμφάτων.

Εἴ τις αὐτίκα] fortasse scribendum αὐτίκα, quod & Lat. interpres agnoscere videtur.

Ode X. Pag. 101.

Ἐπιβόσαις θεός] N. L. Hic etiam omnes tacent. Si codex est sanus, participium esse dices aor. 1. act. verbi ἐπιβοάω. ἐπιβοήσω, μ. ἐπιβόσω. aor. 1. act. ἐπεβόησα, particip. comm. ἐπιβόσας, metri vero causa ἐπιβόσσας geminato σ, & Δωρικῶς ἐπιβόσσαις inserto ι. καὶ κατὰ συζυγίαν ἐπιβόσαις. Quid autem sit ἐπιβοῶ, & vnde formatum, vide Ode 4. pag. 67. in voce Επίσσεις. Vel est particip. aor. 1. act. ab ἐπιβωτίζω. μ. ἐπιβωτίσω. aor. 1. act. ἐπεβώτισα. particip. ἐπιβωτίσας, metri vero causa ἐπιβωτίσσας geminato σ, & Dorice inserto ι ἐπιβωτίσσαις, καὶ κατὰ συγκοπὴν ἐπιβόσαις. Ἐπιβωτίζειν autem præter vsu receptam significationem, hic accipietur pro ἐπί τινι τόπῳ ἐπιτυχεῖν τινι. In aliquo loco in aliquem incidere, cum nancisci. Quod obseruatione dignum. Si quid mutandum esset, ἐπιτύξαις, pro ἐπιτύξας, ἤγουν ἐπιτυχόντας reponendum censerem. Sed quid hac mutatione nunc opus, cum vulgatam scripturam commode tueri possimus?

Ode XI. Pag. 104.

Παρέγγυον καῖπαι] Vel Δωρικῶς παρέγγυον, pro παρέγγυον comm. scribendum, vel si neglectũ est incremẽtũ tẽporale παρέγγυον legendũ.

Nem.

Nem. Ode V. Pag. 124.

Πίτναν τ' ἐς αἰθέρα χεῖρας] πίτναν κατὰ συγκοπὴν dictum pro πιτνάσαν, incremento syllabico neglecto, pro ἐπίτνασαν, quod iam ἀντὶ τοῦ ἔτεινον, accipiendum, tendebant, extendebant, exporrigebant Sic autem formatur, πίτω. πετάω. ῶ. πιτνάω, ῶ. πιτνάω. ῶ. πίτνημι, vt ab ἱστάω. ῶ. ἵστημι. Hoc loquendi genus sic exprimit Virgil. Æn. 2. 160. 3.

At pater Anchises oculos ad sydera latus
Extulit, & cælo palmas cum voce tetendit.

Idem Æn. 5. 222. 8.

Longaui palmas nequicquam ad sydera tendunt.

Ode VII. Pag. 137.

Διὸς Κόρινθος] Erasmus Adag. Chil. 2. Cent. 1. Adag. 50. in Iouis Corinthus. 367. hoc fuse declarat.

Ode IX. Pag. 139.

Λευκανθέαν σώμασ' ἐπίαναν καπνόν] λευκανθέσι, vel λευκανθέσιν σώμασι legendum arbitror, vt ipsa legitima verborum structura flagitat.

Ode X. Pag 146.

Φιάλαις ἐπέβαν] Fortasse scribendum ἀπέβαν, ἤγουν ἀπέβησαν, ἀπῆλθον.

Pagina 147:

Μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλάξ] Hom. Odyss. λ. 326. Virgil. Æneid. 6. 247. 21.

Pagina 146.

Καίοντ' ἔρημοι] Sunt qui putent legendum κέοντ' ἔρημοι, τουτέστι κέονται, κεῖνται, iacent. Quod probabile.

Isthm. Ode I. Pag 153.

Σπαρτῶν γένει] Ouid. Metam. lib. 3. 94. 95. Æschyl. ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. 90. 93. Et Εὐμενίσι. 286. 2.

Ὀγχηστίαισί τ' ἀϊόνεσσι] Consule Steph. in Ὀγχηστός. Perperam ante scribebatur Ὀρχηστίαισι Errorem luce meridiana clariorem emendare non dubitaui, præsertim cum Ode 4. recte scriptum legamus Ὀγχηστὸν; vnde adiectiuum ὀγχήστιος deductum.

Pagina 155.

Σεσωπαμένον] σεσιωπημένον legendum videtur.

Ode II. Pag. 157.

Ἀμφιφρέμωνται] Suspicor ἀμφικρέμωνται legendum. facilis typographi lapsus. Nisi quis hoc aliqua dialecto dictum censeat, quod parum verisimile.

Ode V. Pag. 165.

Πιφαύσκει σῆμα] Si codex mendo caret, τὸ πιφαύσκει κατὰ συγκοπὴν pro πιφαντεύει, prædicit, prædicat, ponetur. Vel a πιφαύω, ῶ. fit πιφέω, vnde πιφαύω, vt a συλάω, συλέω, συλεύω, mutata coniugatione, & υ inserto. Alioqui πιφαίρει dicendum videretur, si metri lex hoc pateretur.

Δυσπάναις ἐλπίδων ἔκνιξ' ὄπιν] Ἔκνιξε pro ἔκνιξαν licentia poetica Πινδαρικῶς dictum, ad imitationem verborum, quæ cum nominibus neutrius generis tam in singulari, quam plurali numero ἀδιαφόρως ponuntur. Sic & Olymp. Ode 11. pag. 40. Ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, pro τέλλονται legitur. Quod præter vulgatas, tritasque Grammaticorum leges a poeta prolatum. Quare diligenter hoc obseruandum, haud tamen temere nobis imitandum.

Ode IIX. Pag. 174.

Ἐρίσαις Ποσειδᾶν] Legitur & ἐρίσαι. sed est infinit. aor. 1. act. pro eius indicatiuo ἤρισε, contendit, certauit. Vide meum Ionicum Lex. Græcolat. in Ἀπαρέμφατα. Si legas ἐρίζαις, vel ἐρίσαις, quod longe Δωρικώτερον, subaudietur ἐστὶ. ἀντὶ τοῦ ἤρισεν. Vtrunque notatu dignum.

Pagina 175.

Τράφεν πεδίον] ἰωνικῶς, καὶ Δωρικῶς dictum pro communi τρέφειν. Iones enim, & Dores sæpe τὸ α in verbis & aliis orationis partibus pro communi ε vsurpant, siue τὸ ε commune in α mutant. Ionismi varia exempla vide in verbo Τράπειν pro τρέπειν, & in A. pro E. in nostro Ionico Græcol. Lexico. Dorismi exempla in Dorico Lexico, Deo dante, prolixe scribemus, hæc vero pauca nunc afferemus, vt nostram sententiam confirmemus. Dicunt enim Dores αἰ, pro εἰ, vt Pind. Pyth. Ode 4. pag 69. αἴτ' ὦν, ἀστὸς, pro εἴτε ὦν ἀστός. & αἴκα, pro εἴ κε. Theocr. Idyll 1. sæpius. 2. 4. Πόκα, pro ποτέ. ὅκα, pro ὅτε. Eodem Idyll. 8. & alibi passim. Hic præterea notemus Atticismum, actiuum τράφειν, pro pass. τραφῆναι, ἤτε τραφῆναι.

In Pindari vita Græce scripta legitur τὴν σίγαν, pto τὰν σίγαν. Et Ξέρξου στρατιὰν, pro στρατείαν, quod longe melius. At hæc sunt leuiora.

Æ. P.

Æ. P. BREVES NOTÆ IN quædam Lyricorum fragmenta.

In Alcæum Notæ. Pagina 9.

Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πίνειν] Horatius hunc Alcæi locum videtur imitatus, Carminum lib. 1. Ode 37. quum ita canit,

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus. Sed apud Alcæum fortasse scribendum, vt eandem sententiam ab Horatio fere totidem verbis expressam habemus,

Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καὶ χθόνα πρὸς βίαν παίειν.

Qua de re quondam ab amico, viro doctissimo peropportune me fateor admonitum. Quod igitur alienum est, id præter iustitiæ leges, præter decorum, & amicitiæ iura mihi vendicare nolo, quamuis præclaram huius felicis coniecturæ laudem modesto cum silentio quorundam Criticorum more mihi tribuere possem. Quis enim mortalium hoc ante norat?

Χαλᾶσι] δωρικῶς, ἢ αἰολικῶς, ἀντὶ τοῦ χαλῶσι. χαλῶσι vero pro χαλῶνται positum ἀττικῶς, actiuum pro passiuo.

Pagina 11.

Ἁρμόδι] Latinus interpres & hic, & infra nomen hoc viri proprium, in vocatiuo vertit Harmodie, cum tamē ex regulis grammaticis dicendum constet Harmodi, vt Antoni. Hoc vel pueris notum. Quia tamen interpretis mentem interpretari non possum, vocem intactam reliqui. Sed viderit ille quomodo suam interpretationem commode tueri possit.

Pagina 12.

Μέγα χρυσίον] Int. Lat. ingens aurum. At nunc saltem vertendum potius, Ingens aureum vas. Alludit autem Alcæus ad Danaes fabulam, de qua Horat. Carm. lib. 3.

Inclusam Danaen turris aënea,
Robustaque fores, & vigilum canum
Tristes excubiæ munierant satis
Nocturnis ab adulteris,
Si non Acrisium, virginis abditæ
Custodem pauidum, Iuppiter, & Venus
Risissent. fore enim tutum iter, & patens

M 3 *Con-*

Conuerso in pretium Deo. &c.

Ouid. Metamorph. lib. 4.

Non putat esse Deum. neque enim Iouis esse putabat
Persea, quem pluuio Danae conceperat auro.

Vide & lib. 5.

Aureus vt Danaen impleuit Iuppiter olim.

Euripid. in Danaes fragmento, quod nuper latinitate donatum in lucem emisi, rem eandem his verbis aperit,

Φίλτροις ἀφύκτοις Ζεὺς χαραχθεὶς πατὴρ
Εὐνῇ συνελθεῖν λάθρα πως ἠβούλετο.
Σαφῶς δὲ πείθειν οὐκ ἔχων, εἰς μηχανὴν
Τοιάνδ' ἐχώρησ'. ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγὼς,
Ποθεινὸν εἶδος τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς,
Διὰ στέγους ῥεύσειεν ἐν χερσὶν κόρης. &c.

Pagina 13.

Καὶ μήτ' εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακόν] Interpres, Nec lingua trepidasset aliquid improbum prolatura. Sed parum fideliter hæc videntur explicata. Sic enim vertenda, Nec *tua* lingua malum *aliquod, aliquid mali* proferre moliretur. Quid sit κυκᾶν, lexica quæuis aperte, fuseque docent. Ea consule.

Pagina 14.

Αἶαν τὸν ἄριστον πέδ' Ἀχιλλέα] Αἶαν, αἰολικῶς, καὶ δωρικῶς κατ' ἀποκοπὴν dictum, pro Αἴαντα. Quoniam autem αν syllaba iam censetur breuis in fine, ideo præcedens circumflectitur. Alioqui non circumflecteretur ἡ Αἶ. Nam longa ante longam nunquam circumflectitur, vt Grammatici docent.

Τὸν ἄριστον] Cum aliorum, tum præcipue Homeri iudicio, quem passim longe fortissimum post Achillem inducit. Quinetiam ideo creditur corpus inuulnerabile habuisse, quod (vt docet Eustathius) apud Homerum a nullo vnquam vulneratus introducatur. Vide & Ouid. Metam. lib. 13. vbi pluribus a poeta Aiacis præstantia, & fortitudo describitur.

Πέδ' Ἀχιλλέα] Scribendum πέδ' Ἀχίλλεα. Integrum est πέδα, quod Æolice dictum pro communi μετὰ, post. Consule Caninii Grammaticam pag. 60. Sed hac de re fusius in meis in Eurip. notis in Phœnissas, versu 1034, in voce Πεδαίρειν.

Adhæc Alcæi fragmenta addatur & illud pulcherrimum carmen, quod in Græcis Scholiis in Æschyli Πέρσαις, pag. ex Stephani typis 140. Alcæo tribuitur.

Ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήϊος.

In

In Sapphus carmina. Pag 17.

Ποικιλόθρον' ἀθάνατ' Ἀφροδίτα] Quoniam in his carminibus miram poeseως licentiam φιλόμουσος lector inueniet, eum de singulis, quæ paulo duriora, & ab vsu remotiora merito videntur, accurate monere volui. Ne longius abeas, en in voce ποικιλόθρονε, syllaba θρον sequente vocali præter morem producitur. In δολοπλόκε, syllaba δο. Sed hîc fortasse liquidam λ τῆς συνθέσεως causam esse dices, quod & apud alios non raro legas. Hîc enim secunda sedes non trochæum: sed spondeum requirit.

Αἴοις ἄς] N. L. Quarta sedes spondeum non recipit: sed trochæum. Hoc igitur metricæ legi repugnat. fortasse, versus ita posset emendari, αἴοις, τὰ πόλλ' ἄς. pro αἲ τὰ πολλὰ, τυτέσι πολλάκις ἔκλυες, &c. Apud Dionys. Halic. ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, hæc omnia longe peius scripta leguntur, quam hîc. Eum consule p. 26. Quanquã & ibi quædam sunt, quæ melius habẽt, quam in Stephani editione. Si codex mendo caret, hoc obseruandũ, quod Sappho sui carminis autor arbitratu suo nunc protulerit, vt & alia quædam, quæ præter Sapphici carminis leges ab aliis postea receptas, vsuque longo iampridem confirmatas, leguntur.

Ἄγον] Scribendũ ἄγην, μέτρῳ χάειν, vt recte apud Dion. Hal.

Πυκνὰ δινῶντες πτέρ' ἀπ' ὠρανῶ, αἰθέ-] Apud Dionys. scribitur δινεῦντες ἀπ' ὠρανῶ, αἰθέρος &c. & omnia confunduntur. Ego vero sic versum hunc arbitror emendandum, Πυκνὰ δινεῦντες ἀπ' ὠρανῶ, αἰθέρος διὰ μέσω. Illud vero ὠρανῶ est pro integro ὠρανόο, quod Æolice, Doriceq; dictum in genitiuo singulari pro comm. οὐρανοῦ, vtraque diphthongo ου in ω mutata.

Ἤρε' ὅττι δ' ἦν τὸ πέπονθα] τὸ ἤρε' est pro ἤρεο, hocque ἰωνικῶς pro comm. ἤρου, quærebas, rogabas, interrogabas, ab ἔρομαι, τὸ ἐρωτῶ. Sic autẽ hæc sunt construenda ἤρεο δ' ὅττι ἦν τὸ πέπονθα, id est ἠρώτας δὲ τίνος ἕνεκεν ἐκεῖνο, ὅπερ πέπονθα. Iam in hoc ὅττι τὸ ι productũ metri causa, quod propter eius ancipitem naturam nequaquam παράδοξον est iudicandum. Apud Halic. scribitur ὅττι, quod non est æolicum: sed comm. at in sequentibus, bis legitur κὤττι, pro καὶ ὅττι. In Steph. priore editione ὅττι constanter legitur. In posteriore scribitur ἤρε' ὅττι, & bis κ' ὅττι. Ego in primo quidem loco ὅττι, in reliquis vero κ' ὅττι. vel κὤττι scribendum existimo, quæ sunt αἰολικώτερα. ὅ,ττι autẽ vel ὅτ,τι apud poetas, dicitur communiter pro ὅπερ, quod distinctionis vero nota solet inseri, ne nomẽ hoc ex articulo subiunctiuo, & indefinito nomine τις, καὶ τὸ τι, cum coniunctione ὅτι, quæ causam significat, temere confundatur.

Χ᾽ ὅττι δὴ ἔργῳ κάλοιμι] καὶ ὅτι, ἢ ἐκεῖνο, δι᾽ ὃ σε δεῦρο καλοῖμι. Vel hic τὸ ὅττι est coniunctio, pro comm. ὅτι, geminato τ metri causa. Iam vero τὸ ὅττι sumetur pro διὰ τί, curnam, quam ob causam. Latinus interpres dum carminis suauitati, sensuique fideliter exprimendo nimis studet, Græcorum verborum vim, & constructionem negligit, ex quo versionis genere vel nullum, vel certe per exiguum fructum lectores percipiunt ad solidam Græcæ linguæ notitiam adipiscendam. Quinetiam hæc liberior interpretatio nobis sæpe magnum affert impedimentum ne germanam scriptorum mentem, & acumen intelligamus, & Musarum græcarum ornamentis, deliciisque nos priuat.

Χ᾽ ὅττι γ᾽ ἐμῷ μάλιστ᾽ ἐθέλω γενέσθαι] Apud Dionys. scribitur Κὤττι γ᾽ ἐμῷ μάλιστα θέλω γενέσθαι. Sed Sapphici carminis lex flagitat vt potius versus hic ita legatur,

Χ᾽ ὅττ᾽ ἐμῷ μάλιστ᾽ ἐθέλω γενέσθαι. Vel,

Κὤττ᾽ ἐμῷ μάλιστα θέλω γενέσθαι.

In μάλιστα vero τὸ μα propter ancipitem τοῦ α naturam iam producetur. Quanquam fortasse melius vel communiter, & poetice χ᾽ ὅτ, τ᾽ ἐμῷ. vel æolice Κὤ, τ᾽ ἐμῷ scribere. Qui metrorum sunt periti nostram (sat scio) coniecturam haud aspernabuntur.

Τίνα δ᾽ αὖτε πειθὼ] Hæc apud Dionys. ita corrupte leguntur, Τίνα δ᾽ εὖτε πείθωμαι σαγηνεῦσαι φιλότητος ἐ᾽ ὦ σαπφοῖ ἀδικεῖ; Sed melius in Stephani codice. Quanquam ἡ φράσις est ἰδιωτικὴ. τὸ πλῆρες, τόδ᾽ ἐστὶ, τίνα δ᾽ αὖτε πειθὼ δηλονότι σοὶ προσφέρω; ἢ τίνας πιθανοὺς λόγους σοὶ πάλιν προσφέρω; ἢ τίνα φιλότητα σαγηνεῦσαι, τίνα φίλτρα πάλιν σοὶ προσφέρω σε σαγηνεύσοντα, καὶ θηρεύσοντα ὥσπερ σαγήνη; i. Quam suadelam, quæ verba vim persuadendi habentia rursus tibi adferam? quibus verbis ad persuadendum accommodatis iterum te flectere potero, vt me mei voti compotem facias? Quæ philtra, quæ venena vim amoris conciliantia tibi iterum præbere potero, vt te capiam, & rebus optatis fruar? In illis verbis τίνα πειθὼ, genus loquendi a rebus bellicis sumptum dicemus, & πειθὼ tanquam ἑλέπολιν μηχανὴν intelligendam, quam hostes ad hostium muros capiendos admouent. In illis vero verbis, καὶ σαγηνεῦσαι φιλότητα, metaphoram a re piscatoria sumptam habemus. Quemadmodum enim piscatores sagena, retibusque piscatoriis pisces venantur, & capiunt, sic etiam amatores suis verborum illecebris, & philtris eos capiunt, vel capere conantur, quorum amore flagrant. σαγήνην Manilius sagenam vocat, alii verriculum, & euerriculũ, vt Cicero. Est autem rete piscatorium,

quod

quod ab euerrenda aqua ſic appellatum. Hinc τὸ σαγηνεύειν, vnde τὸ σαγηνιδίειν, τὸ τῇ σαγήνῃ θηρεύειν, καὶ ἁλίσκειν τοὺς ἰχθῦς. Valla non dubitat dicere euerriculare, pro verriculo captare, venari, capere. ſed hæc in vulgatis lexicis fuſius declarantur. σαγηνιδόεισι δὲ, δωρικῶς, καὶ αἰολικῶς ἀντὶ τοῦ σαγηνιδόουσι, ἤγουν σαγηνιδίουσιν, hocque κατὰ χρόνου ἐναλλαγὴν, ἀντὶ τοῦ σαγηνιδίσουσιν. Hîc autem egregiam τῶν ἐρώντων, καὶ τῶν ἐρωτικῶν παθῶν, καὶ διαλογισμῶν ὑποτύπωσιν videmus, vnde Lectorum animi voluptate vix credibili perfunduntur.

Pagina 18.

Τίς σ' ὦ] Lat. Int. Quis laceſſit te mea Sappho? Sed hoc ſonant verba, Quis te ô Sappho iniuria afficit? Quis tibi facit iniuriam? Hîc τὸ ἀδικεῖ ſyllabam δι. propter ancipitem τοῦ ι naturam, habet productam.

Δηὖτε] τὸ ευ producitur ob eandem cauſam, quam ſupra declaraui. vel eſt trochæus pro ſpondeo.

Μὴ δέχετ', ἀλλὰ δώσει.] Apud Halic. hæc ita leguntur; ſed vitioſe, μὴ δέχεται, ἀλλὰ δώσει.

Ἔμμεν' αὐτὴς] Apud Longinum a patre meo olim emendatum legitur ἔμμεν' ἢ μιν.

ὡς ἴδον σε, βρόγχον] Ibidem legitur ὡς ἴδον σ', ὡς βρόγχον: Eſt autem ἔλλειψις. Subaudiendum enim ἐμοὶ ἐπίεσας, ἢ ἔσφιγξας. Vt te vidi. vt mihi guttur, faucesque preſſiſti, ſtrinxiſti. Cum quadam autem admiratione hæc ſunt proferenda. Sequitur ratio. Nulla enim vox amplius hinc prodit, adeo mihi fauces ſtrinxiſti, adeo omnem vocis emittendæ facultatem eripuiſti, & vel ipſam reſpirationem præcluſiſti. Hæc autem omnia vt plurimum illis accidunt, qui alicuius amore capti detinentur. Sed pulcherrimum horum carminum artificium apud Longinum p. 19. lege.

Βομβεῦσι δ' ἀκοαί μοι] Apud Longinum ſic, βομβεῦσι δ' ἀκοαί μοι. Vtraque lectio bona. Quare nihil mutandum.

Pagina 23.

Αἰ ὕσδων μαλίνων] Si codex eſt ſanus, vox ὕσδων Dorice dicetur. Æoles enim aſperum ſpiritum non agnoſcunt. Quod mihi parum probabile videtur, licet in omnibus editionibus hoc ita ſcribatur. Suſpicor legendum potius ὄσδων, quod αἰολικώτερον, & δωρικώτερον, pro communi ὄζων, diſſoluto ζ in σδ, idque de more, ſic κωμάσδω pro κωμάζω, ſic πυκάσδω, pro πυκάζω, &c. Vocat autem ὄσδους μαλίνους, τουτέστιν ὄζους μηλίνους, ramos melinos, i. arboris cydoniæ mala ferentis ramos. Μῆλον enim apud Græcos

ſæpe

sæpe κατ' ἐξοχὴν malum cydonium, siue cotoneum vocatur. in Ibyci carminibus pag. 36. κυδώνιαι μηλίδες, cotoneæ mali nominantur.

Pagina 24.

Ὑψιδὴ] Vocabulum hoc in vulgatis lexicis non extat. Idem autem valet ac ὕψοθ, ὑψόσε, εἰς ὕψος.

Pagina 26.

Ὀρνιθεν] Si codex sanus, ὄρνιθεν idem significat ac ὄρνεον. ὄρνις, auis. Sed in lexicis vulgatis non reperitur. Vide ne ὄρνεον potius sit legendum.

Ἀνθὶς σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο] Nota durius ac inusitatius loquendi genus, quod ab interprete fideliter expressum. Eodem autem modo dictum ἀπέχθεται σοι ἐμοῦ, te mei tædet, quo dicitur ἐμοῦ σοι μέλει, mei tibi cura est, tu mei curam geris, ego tibi curæ sum.

Ὠρίη χελιδών] In priore Stephani editione legitur ὠρεῖνα, in posteriore, ὠρίη: sed neutrum ab interprete declaratur. In vulgatis lexicis hoc traditur, ὠρεῖνα. ἡ. Hirundinum nidus. χελιδόνων ὀροφή. Hesych. Sed vt concedam (quod tamen est controuersum) aliâs vocem hanc ita posse sumi: hic tamen hæc significatio nullum locum videtur habere. fortasse ὡραία scribendum, i. verna, quæ vere solet apparere, quæ veris nuncia ideo vocatur. ὥρα enim κατ' ἐξοχὴν τὸ ἔαρ. i. ver appellatur, quia tunc est formosissimus annus, vt Virgil. Ecloga 3. loquitur,

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:
Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus.

Consule Eustath. In voce ὥρα. Lenis erit mutatio, quam nostra coniectura huic loco feret. Nam ι tantum pro ν reponet in voce ὡραία. quod si tenui spiritu scribas, Æolice hoc fiet.

In Stesichori carmina nota. Pag 33.

Νεοσσάδας ὄρνις] Interpres epithetum νεοσσάδας non interpretatur. Eustathius in Iliados β. commentariis, pag. 228. huius loci mentionem facit, & νεοσσάδας ὄρνις παρὰ τοὺς νεοσσοὺς κατὰ συγκοπὴν ἐκ τοῦ νεοσσάδας dici docet. Sic autem vocantur aues adhuc tenellæ, quæ sunt in suis nidis, vel quæ recens ex suis nidis sunt detractæ, ac proinde quæ sunt tenellæ. Quid νεοσσὸς, vnde dictum, quid νεοσσιὰ, siue νεοσσία (quod & κατὰ συναίρεσιν νοσσιά, & νοσσία profertur) quid νεοσσεύειν, siue νοσσεύειν significet, in vulgatis lexicis vide.

Idem vocabulum νεοσσάδας infra in Ibyci carminibus legitur pag. 37. sed ne illic quidem ab interprete explicatur.

In

In Ibyci carmina nota. Pag. 37.

Μέλι χλωρὸν] Interpres, Mel viride. Ego, mel recens.

Pagina 38.

Ἔθραξεν] ἐτάραξεν. Θράσσειν, siue θράττειν (vt docet Suidas) ταράσσειν, ἐνοχλεῖν. νύσσειν, κινεῖν, δυσωπεῖσθαι, ὑφορᾶσθαι. fit autem κατὰ συγκοπὴν ἐκ τοῦ ταράττειν, & τ in θ versum. Aristot. τῶν Ῥητορικῶν γ. 114. inter voces ambiguas verbum θράττειν ponit. Nam accipitur & pro turbare, & pro more Thracum tractare, atque fallere. Consule locum illum.

Ἀμπλακὼν τιμὰν] Sic & infra bis legitur. Interpres eodem modo tres hosce locos vertit, honorem ab hominibus per permutationem accipiam. De quo loquendi genere nihil dico. Sed quis sana mente præditus homines pro suorum delictorum in maiestatem diuinam impie commissorum præmio talem honorem ab hominibus accipere crediderit? τῆς τιμῆς ambiguitas interpretem ad huiusmodi versionem videtur impulisse. Sed hic est horum verborum sensus, & vera interpretatio. Et quodammodo verebar ne quo delicto in Deos admisso pœnas ab hominibus mercedis, vel præmii loco reportarem. Verebar ne quod in Deos delictum admisissem, pro quo vicissim pœnas hominibus merito luerem. Eustathius, Τιμὴ, ἡ εὔκλεια, καὶ ἡ τιμωρία, ἤτοι ἐκδίκησις πολλαχοῦ παρ' Ὁμήρῳ, καὶ ἡ ποινὴ, καὶ τὸ παρ' Ἀττικοῖς λεγόμενον τίμημα, ἤγουν τὸ πρόστιμον. Hom. Il. α. 25.

Τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ, σοί τε κυνῶπα.

Παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν] V. S. Apud Deos admisso, siue commisso delicto. Sed hic etiam, vt infra, legere mallem περὶ θεοὺς ἀμπλακών. Quod elegantius, & longe frequentius. Alias εἰς θεοὺς ἀμπλακὼν, ἁμαρτὼν, ἀσεβήσας, συνωνύμως dicitur.

Ἀμείψω] ἀντὶ τοῦ ἀμοιβῆς χάριν, vel ὡς ἀμοιβὴν λήψομαι. Quid ἀμείβειν, ἀμείβεσθαι, & ἀμοιβὴ, vide in vulgatis lexicis.

Pagina 41.

In Anacreontis Vita a Lilio Gyraldo Latine scripta legitur IN PANIO IONVM FORO. Sed (nisi fallor) legendum potius in Panionio foro. Herod. lib. 1. 37. 39. Docet Panionium fuisse locum, in quem omnes Iones de Repub. consultaturi conueniebant, [Ἴωνες δὲ] συνελέγοντο ἐς Πανιώνιον, &c. & 38. 18 Αἱ δὲ δυώδεκα [τῶν Ἰώνων] πόλιες αὗται τῷ τε [τῶν Ἰώνων] οὐνόματι ἠγάλλοντο, καὶ ἱρὸν ἱδρύσαντο, ἐπί τε σφίων αὐτέων τοὔνομα ἔθεντο Πανιώνιον. Et 39 14. Τὸ δὲ Πανιώνιόν ἐστι τῆς Μυκάλης χῶρος ἱρὸς, πρὸς ἄρκτον τετραμμένος, κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ. ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς

ἠπείρου

ἐπείγεν ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ. ἐς τὴν συλλεγόμενοι ἀπὸ τῶν πολίων Ἴωνες, ἄγεσκον ὁρτὴν, τῇ ἔθεντο οὔνομα Πανιώνια. Consule & Eustath.

In Anacreontis carmina. Pag. 57.

Ερεθίζει] Isaacus Casaubonus legendum censet πρίζει. Quid autem πριτίζειν, & πρίσμα, apud Suidam vide.

Pagina 61.

Ἄφες με τοὺς θεοὺς σοι] Nullus commodus sensus hinc elici potest. Quid si diceres,

Ἄφες μοι τοὺς θεούς μοι; i. Per Deos sine me largius bibere. Quid sit ἄμυστις, vnde dictum, quid ἀμυστὶ, quid ἀμυστίζειν, apud Eustathium, & Suidam fuse docetur. Plutarchus ἐν τοῖς ἠθικοῖς. 819. Αμυστίζειν (inquit) τὸ ἀθρόως, καὶ ἀνεπνευστὶ πίνειν, ὅπερ οἱ ποιοῦντες, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ, ἥκιστα μέθαις περιπίπτουσιν. Hoc a Gallis dicitur, Boire a grands traicts sans souffler, ni respirer. Quod faciunt homines potationibus addicti, Bacchiq; fortes milites. Si nihil mutandum, particula νὴ, vel μὰ iuriiurando, & obtestationi nunc seruiens subaudietur, hoc modo, ἄφες με νὴ τοὺς θεοὺς πιεῖν, πιεῖν ἀμυστί. τίνι; σοι. συντέτακται ἄφες με νὴ τοὺς θεοὺς, πρὸς τῶν θεῶν ἄφες με προπίνειν σοι, προπίνειν λέγω ἀμυστί. Galli sic non infeliciter exprimerēt, Ie vous prie par les Dieux immortels que me laissiez boire à vostre bonne grace à grands traicts, & sans aucune interruption. Quum autem Anacreon hac τῷ πιεῖν αὐάδην... vtitur, suum potandi studium aperte prodit.

Pagina 65.

Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισι] Idem fere carminis argumentū a Theocrito ἐν τῷ κηριοκλέπτῃ, εἰδυλλίῳ ιθ', tractatur.

Α δ' εἶπεν εἰ τὸ χείρεον] Theocr. 156.

Χ' ὁ μάτηρ γελάσασα, Τὺ δ' οὐκ ἴσος ἐσσὶ μελίσσαις;
Χ' ὡ τυτθὸς μὲν ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἀλίκα ποιεῖς!

Vbi mallem ἔης pro ἦς, ἤγουν ὑπάρχεις legere sine ι subscripto, vt sit non subiunctiui modi; sed imperfecti poetice formati.

Pagina 66.

Οδυρωμένω] Si codex mendo caret, hoc αὐτὶ τῷ ὀδυρομένῳ positum, quod vsitatius. At fortasse scribendum ὀδυνωμένῳ, quod longe frequentius apud poetas occurrit, παρὰ τὸ ὀδυνάω, ἀντὶ τὸ λυποῦμαι, παρὰ τὴν ὀδύνην, τὴν λύπην. Nihil tamen temere mutandum.

Pagina 72.

Φαετοφαὲς τὸ δ' αὐτὸ περαιόν] Stephanus vel ... legendū censet

set, vel σεφανῷ: sed posteriorem coniecturam vel ipse Stephanus a vulgata scriptura fatetur esse remotiorem. Ex præcedētibus poetæ verbis, vbi dicit

Τόδε γὰρ θεῶν ἄνημα,
Τόδε καὶ βροτῶν τὸ χάρμα, &c. non absurde quis coniiciat hîc fortasse optimo sensu legi posse,

Τῷ σοφῷ τὸ δ' αὐτὸ τερπνόν. Id est,
Sapienti viro eadem rosa est grata.

Perpende & sequentia, θαλίαις τε, καὶ τραπέζαις, &c. nostram coniecturam nec a vulgata scriptura, nec a veritatis scopo remotam reperies. Erit autem τροχαϊκὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. Quod minime παράδοξον. Nam non raro carminis genera miscet Anacreon, vt lector passim obseruare potest Consule Oden, cuius initium est Πῶλε Θρηϊκίη, τί δή με. &c. pag.77. Rem exemplis illustratam, & confirmatam videbis. Idem carminis genus habes & alibi, vt quum poeta dicit, Μέλπομαι ῥόδον θερεινόν. Et Μέλπομαι βρύοντα μίτραις. Nam hoc vtrunque carmen est τροχαϊκὸν δίμετρον ἀκατάληκτον, nec syllaba μελ sequente consonante corripitur. Quod metricis legibus manifeste repugnat, licet quidam in suis notis hanc ἀτοπωτέραν, καὶ παραδοξοτέραν sententiam sequi non dubitent, ac affirment syllabam με in hoc vtroque versu correptam legi. Sed hîc etiam Grammatici reclamant, nec istam literarum combinationem (vt ipsi vocant) in suis præceptis tradi demonstrant. Quare μηδὲν νεωτερίζειν, μηδὲν κενοποιεῖν πρέπει. Liberum tamen iudicium lectori relinquo.

Pagina 75.

Ἦι φοῖβος] Si lectionem hanc retineas, hoc verba sonant, At Phœbus erat Phœbus. At fortasse ἦι pro ἤει scribendum, ab εἴω, εἶμι, τὸ πορεύομαι. Vel ι ἰωνικῶς, καὶ ἀττικῶς sublatum. Interpres hanc posteriorem interpretationem est secutus.

Ὡς θεοὺς ἐνίκα] Fortasse scribendum ᾧ, δηλονότι τόξῳ. Quo arcu Venus Deos vincebat.

In Bacchyliden. Pag. 93.

Ἀπὸ βλεφάρων ἄμος, ὃς θάλπει κέαρ] Suspicor ἀμὸν, τουτέστιν ἡμέτερον, ὃς, &c. Interpres hanc lectionem agnoscere videtur.

In Simonidis carmina. Pag. 112.

Ἄθυσμα δ' ἱερὸν] Si codex sanus, τὸ ἄθυσμα dictum pro magis vsitato ἄθυμα. Pagina 113.

Αὖ πάλαι] ὦ πάλαι mallem. Pag. 114. Ὅστις σὺν γυναιξὶ κάλλιστα] Suspicor legendum potius πάλαιστα. Leuis error. Lapsus

facilis

facilis ob τοῦ π. καὶ τοῦ τ affinitatem. πέλονται vero apud poetas sæpe sumitur pro πέλεσθαι, καὶ εἶναι, i. esse. Pind. Olymp. Ode 1. pag. 4. -εἰ Ποσείδαον ἐς χάριν -τέλλεται.
Quod loquendi genus a Virgilio sic adumbratum videtur, Æn. lib. 4. 199.

Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum, miserere domus labentis, & istam.

Idem Pind. Olymp. Ode 11. pag. 40.

Μελιγάρυες ὕμνοι -ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται.
τουτέστι τέλλονται, ὑπάρχουσι.

Pagina 122.

Παύτα γὰρ μίαν] Vel syllaba τα poetice propter ancipitem τοῦ α naturam hoc loco producitur, cum alibi passim corripiatur, vel δωρικῶς παντᾶ, pro communi πάντῃ scribendum.

In Erinnæ carmina notæ. Pag. 137.

Χρυσεόμιτρε, δαΐφρων ἄνασσα] In his etiam carminibus miram poeseως licentiam animaduertunt, qui metrorum sunt periti. Hic τὸ ο ob liquidam μ producitur, τὸ vero ποιητικώτατα præter morem.

Πρεσβίστα] Maxime veneranda a πρέσβις fit πρεσβίων, πρέσβιστος, quæ ποιητικώτερα. a πρέσβυς, πρεσβύτερος, πρεσβύτατος, ὁ τιμιώτατος, & σεμνότατος, καὶ ἔστι διὰ τὸ πρεσβυγενὲς, καὶ πρεσβεύειν τοῖς πρεσβυτέροις, ἤγουν ἀξιωτέροις διδόμενον δῶρον, ὃ καὶ γέρας.

Hic vero δωρικῶς τὸ α correptum, quod aliâs ex η mutatum producitur. Idem in voce νύμφα factum videmus, Δεῦρ' ἴθι νύμφα φίλη. Hom. Consule Eustathium. Sed quid mirum si Dorienses in singulari nominatiuo nominum secundæ declin. simpl. hoc faciant, cum & in accus. sing. τὸ αν, & in plur. τὸ ας corripiant. Theocr. Idyll. 5. 46.

Αἰ λῇς, τὸν δρυτόμον βωστρήσομες, ὃς τὰς ἐρείκας.

Idem Idyll. 7. 66.

Ὡς τοι ἐγὼν ἐνόμευον ἀν' ὤρεα τὰς καλὰς αἶγας.

Βασιλήϊον ἀρχᾶς] In metiendo versu κρᾶσις facienda βασιλήϊον ἀρχᾶς sic in sequenti κοιρανήϊον, q. d. κοιρανῆον. Hic τὸ α productum, vt & in κράτος, quod alioqui corripitur. Hom. Il. β. 63.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

Pagina 146.

Αγριῶπι ἐπιμμένα στολίῳ] Si codex mendo caret, hoc αἰολικῶς dictum, pro comm. ἐφειμένη τουτέστιν ἐνδεδυμένη Induta stola rustica. Sic autem formabitur, ἕω, fu. ἕσω, aor. 1. act. εἷσα. per act. ...
perf.

per. paſſ. ἄμμαι comm. Æol. vero ἔμμαι, ſublato ι, geminato μμ, vt prior ſyllaba producatur, & aſpero in tenuē mutato, hinc ἐπίμμαι, vnde participium ἐπιμμένος. ἐπιμμένη, & Æol. & Dor. ἐπιμμένα ſic ab ἡμῖν, & ὑμῖν communibus Æoles ἄμμι, vel ἄμμιν, & ὔμμι, vel ὔμμιν deducunt. Alterum quidem ſequente conſonante, alterum vero ſequente vocali. Quamquam non ſemper hoc diſcrimen obſeruatur, at poetarum arbitratu ſæpe negligitur. Alioqui videretur dicendum αἰολικῶς ἐπαμμένα, pro comm. ἐφαμμένα παρὰ τὸ ἐφάπτομαι. μ. ἐφάψομαι. perfect. ἐφῆμμαι. vnde particip. ἐφημμένος. η. ον. Indutus, a, um. pro eodem apud Herod. συνωνύμως dicitur ἐναμμένος, η, ον. παρὰ τὸ ἐνάπτω, τὸ ἐνδύω. Λεοντέας ἐναμμένοι 258. 23. Leonum pellibus induti. At apud Theocr. Idyll. 22. 174. ἀφημμένος pro ſuſpenſo, & pendente ſumitur. Sic enim illic,

Αὐτὰρ ὑπὲρ νώτοιο, καὶ αὐχένος ἠωρεῖτο
Ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων.

Vbi legere malIem ἀφαμμένον, quod longe δωρικώτερον.

Ἐκβακχεύσεται] Suſpicor legendum ἐκβακχεύσαι, quod vſitatius. Si codex eſt ſanus, dices infinitum eſſe præſ. temporis κατὰ συγκοπὴν formatum ἐκ τοῦ ἐκβακχεύεσθαι Ion. & poet. Βακχεύειν autem pro βακχεύεσθαι legitur & apud Sophoclem in Antigone pag. 219.

Μαινομένα σὺν ὁρμᾷ-- Βακχεύων ἐπέπνει.

Vel (quod longe veriſimilius) ἐκβακχεύσεται ſcribendum.

F I N I S.

CORRIGENDA.

Pag. 176. in annotationibus in Pind. pag. 67. lege ἐπέπνευσε. & ſyncopen.